# CLYTEMNESTRAE
# TRAGOEDIAE SOPHOCLIS
## FRAGMENTUM INEDITUM

Ex
CODICE AUGUSTANO
et
APOGRAPHO ALEXANDRINO
ADDITIS ANIMADVERSIONIBUS
et
Interpretatione Latina
Primum edidit

CHRISTIANUS FRIDERICUS de MATTHAEI
*Caesareae Mosquensis Universitatis Litterarum Graecarum et Latinarum Prof. P. O. Consiliarius Aulicus, variarumque Academiarum et Societatum litterarum Sodalis.*

MOSQUAE 1803.
Litteris et impensis Universitatis.

PRINCIPI
OPTIMO
ac
BENIGNISSIMO
ALEXANDRO PRIMO
ROSSORUM
IMPERATORI ET AUTOCRATORI
de
LITTERARUM atque ERUDITIONIS
PER IMMENSUM IMPERIUM SUUM
CULTURA et CELEBRITATE
sine exemplo
ad
reliquas aetates omnes
aeterna atque indelebili memoria
CLARISSIMO

Summa pietate
consecratum.

*Tanto maior! Tanto augustior!*

Nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suae.

*Plinius Panegyr. cap. LXXI.*

# PAEFATIO.

Mirabili casu acciderat, ut hoc tam insigne Sophoclis fragmentum bis esset in manibus meis, me ipso ignorante atque adeo negligente. Cum enim anno 1796. Augustae Vindelicorum eo maxime consilio versarer, ut Codices scriptos Testamenti Veteris sic dictorum Septuaginta interpretum examinarem, obiter tamen etiam et festinanter ceteros istius nobilissimae bibliothecae Codices perlustrabam. Incidebam igitur etiam in Codicem, qui inter alia, tragicorum quaedam etiam fragmenta, et in his hoc quoque contineret. Hoc fragmentum in eo Codice hunc solum indicem habet: προλογίζει τισιφόνη. Ante hoc autem in pagina vacua a manu diversa legitur: τὸ δρᾶμα Ἀγαμέμνων, quibus forte aliquis notare voluit argumentum huius tragoediae, quae de caede Agamemnonis agit. Ex hoc fragmento, saltem memoriae caussa, vel etiam ad futuros usus, notaveram mihi priores aliquot versus, quos Wittembergam reversus cum pluribus aliis eiuscemodi excerptis recondebam. Dum hic assiduo studio atque indefesso labore occupatus sum noua N. Testamenti Graeci editione, adferuntur mihi litterae nobilis atque eruditi Graeci, quo Mosquae olim usus fueram familiariter, quemque multoties rogaveram, si quid in Graecia ad locupletandas litteras Graecas reperisset, id ut ad me mitteret. Bis iam ab eo quaedam acceperam, sed fere Graecorum recentiorum haud adeo magni pretii scripta. Tertius fasciculus his similia complectebatur, memorabatur tamen inter ea, ἀποσπασμάτιον tragoediae Sophoclis, ad quod autem, pluribus impeditus negotiis, non attendebam. Diu post, dum supellectilem litterariam meam reuiso, pervestigo hunc quoque fasciculum, atque ita hoc fragmentum cum indice accuratiore ac totius tragoediae argumento reperio Continuo ergo scribo ad *Io. Gottlob May*, Doctorem Augustanum, Virum Eruditissimum, Humanissimum ac mihi Amicissimum, ut Codicem Augustanum ad me transmittere velit. Adfertur. Transscribo diligentissime omnia, ac, prouti cetera negotia permittebant, interpretationem Latinam et animadversiones non nullas adiicio,

eo consilio, ut ederem. Verum hoc quoque eventu caruit. Etenim Thomas Payne, bibliopola Londinensis, ad quem, ipso postulante, primo specimen, ac deinde totum fragmentum, die 7. Octobris, ac die 12. Decembris anni 1802. miseram, nullum amplius responsum dedit, ut adeo ignorem, utrum ipsi aliquid acciderit, an totus fasciculus meus in itinere terrestri ac maritimo perierit.

Quod ergo hic libellus tandem aliquando, atque hic Mosquae, prodiit, id debeo curae, gratiae et favori MICHAELIS NICETIDIS A MURAWIEW, ALEXANDRO PRIMO, ROSSORUM IMPERATORI, *a consiliis secretioribus*, *Rossici imperii Senatoris*, *Curatoris Universitatis Mosquensis*, *Equitis Ordinum SS. Alexandri*, *Annae et Wladimiri*, *Viri Illustrissimi*, *Excellentissimi*, litterarumque *Fautoris Maximi*, quem hic merito honoris ac reverentiae caussa cum grati animi significatione appello. Eodem auctore atque adiutore plura me postea, si deus vitam et vires largitus fuerit, praestiturum esse, iam non tam spero, quam certo praedicere possum, cum is *Illustrissimi* atque *Excellentissimi Comitis* PETRI BASILIDIS A SAWADOWSKY, *Publicae eruditionis Ministro*, *Consiliarii Intimi Actualis*, *Senatoris* et *plurium illustrissimorum Ordinum Equitis*, et sua opera effecerit, ut mihi denuo ex mandato ALEXANDRI PRIMI, IMPERATORIS AUGUSTISSIMI, POTENTISSIMI ac litterarum AMANTISSIMI, tractandorum, edendorumque Codicum Graecorum utriusque bibliothecae synodalis cura crederetur atque iuberetur.

Verum in praesenti necesse est, reliqua de hoc Sophoclis fragmento subiungere. Hanc tragoediam ergo Senecae tragico ad manus fuisse, adeo manifestum est, ut de eo nullo modo dubitari possit. In Agamemnone enim suo non solum huius fragmenti sententias, sed verba adeo expressit, plerumque tamen deterius. Alia enim nimis late explicavit, multis temere admistis, aliorum vim et sublimitatem prorsus non est assecutus, alia, eaque haud contemnenda, praetermisit et neglexit.

Sine dubio reperientur ex hoc ipso fragmento, vel vocabula singula, vel formae dicendi, vel adeo unus et item alter versus integer, apud Graecos lexicographos, grammaticos, scholiastas et gnomologos. Eos vero hanc ob caussam aliis examinandos relinquere cogor, cum propter alia negotia labori eiusmodi diuturno ac taedioso studium, animumque advertere nequeam.

De apographo Alexandrino nihil proditum erat in litteris ab amico ad me missis, praeter haec: *μετεγράφη δὲ τὸ ἀποσπασμάτιον τοῦτο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρ' ἀνδρὸς λογιωτάτου ἐκ κώδικος δερματίνου πάνυ παλαιοῦ, περιέχοντος Αἰσχύλου τε καὶ Σοφοκλέους τινὰς τραγῳδίας.* Bis post ultimam istam epistolam Wittemberga ad amicum illum scripseram et rogaveram, ut, si ullo modo fieri posset, reliquam huius tragoediae partem ad me mitteret. Nullum tamen adhuc accepi responsum. Spem vero hic Mosquae concepi aliquanto laetiorem, fore, ut per Graecos, quibuscum denuo mihi est commercium et familiaritas, integram istam tragoediam nanciscar, cum praesertim fratribus, *Anastasio*, *Nicolao*, *Zoae* et *Michaëli*, *Zosimadis Eupatridis*, innotuerim, qui, ut *Eugenius Bulgaris*, *Archiepiscopus*, Graecorum longe Clarissimus, verissime scripsit, veteri illi atque nobilissimo Maecenati simillimi, sumtibus regalibus pristinum litteris Graecis splendorem edendis in Rossia, Graecia, Germania, Italia et Francogallia, distribuendisque praestantissimis auctoribus Graecis, vindicare student.

Codicis Augustani mentio fit in catalogo Reiseri pag. 79. num. 9. Scriptus est in chartis, diversis temporibus et a diversis scribis, ita, ut credam, plurium Codicum fragmenta recentiori tempore uno volumine colligata et compacta esse. Eiusmodi Codices plures, hic etiam in Rossia, inveni, qui plurium auctorum opuscula et fragmenta, diversis temporibus et ab diversis scribis scripta, continerent. Complectitur Codex Augustanus haec:

1) fol. 1 — 4. De metris Pindari, fragmentum dudum iam editum.

2) fol. 8 — 17. Xenophontis Hipparchum, quem Venetiis scripsit anno 1505. Ian. XVIII. Paulus, ὁ Δεκανευς, uti folio 17. notatur.

3) fol. 18. legitur solum: τὸ δρᾶμα Ἀγαμέμνων. Forte ergo hicce scriba voluerat hic addere Aeschyli Agamemnonem.

4) fol. 19 — 24. Fragmentum tragoediae, solo hoc indice: προλογίζει τισιφόνη.

Quae numero 2. et 4. notata sunt, ea ab eodem videntur scripta esse. Ergo hoc fragmentum scriptum videtur Venetiis.

5) fol. 26. 27. Fragmentum Philoctetis Sophoclis cum indice: ὑπόθεσις Φιλοκτήτου.

6) fol. 31 — 34. Ioannis Tzetzae τὰ πρὸ ὁμήρου κ. τ. λ.

7) fol. 38 — 44. Eiusdem eadem.

8) fol. 44 — 54. Isaacii Homerica ἐν συντόμῳ ἐκδοθέντα.

9) fol. 62—72. Fragmentum Eumenidum Aeschyli. Reliqua folia huius Codicis, quae hic non sunt notata inter ista scripta relicta sunt vacua.

Interpretationem Rossicam huius Sophoclei fragmenti iam instituit *Romanus Theodorides Timkowsky*, iuvenis eruditus et ad hoc negotium maxime idoneus.

Scribebam Mosquae die VIII. Maii 1805.

*C. F. Matthaei.*

# ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

## ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κλυταιμνήστρα τῇ τοῦ ἀνδρὸς Ἀγαμέμνονος δεκαετεῖ ἀπουσίᾳ, τῇ παρ' αὐτοῦ τῆς ἑαυτῆς θυγατρὸς σφαγῇ, τῷ αὐτῆς ἀνόμῳ πρὸς Αἴγισθον ἔρωτι, τελευταῖόν τε καὶ τῇ πρὸς τὴν Κασσάνδραν Ἀγαμέμνονος ἑταιρικῇ συνουσίᾳ, εἰς μανίαν ἐξοιστρουμένη, Αἴγιστον σύμβουλον καὶ συμπράκτορα ποιεῖται τῆς κατ' Ἀγαμέμνονος ἀμύνης τε καὶ σφαγῆς. Πάλαι δὲ καὶ παρ' Ἀπόλλωνος χρησμὸς ἦν δοθεὶς τῷ Θυέστῃ, τὸν ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ θυγατρὸς ἀνοσίως αὐτῷ γεννηθέντα υἱόν, τιμωρὸν καὶ ἐκδικητὴν τῶν γεγονότων εἰς αὐτὸν ἔσεσθαι ἀδικημάτων, κατά τε τοῦ Ἀτρέως, καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γένους. Ἀπ' Ἰλίου τοίνυν εἰς Μυκήνας νικητοῦ ἐπανελθόντος Ἀγαμέμνονος μετὰ Κασσάνδρας τῆς παλλακίδος αὐτοῦ, ἐκ συνθήματος Κλυταιμνήστρα καὶ Αἴγισθος ἀμφοτέρους ἀπανθρώπῳ ἀναιροῦσι σφαγῇ. Πειρᾶται δὲ καὶ ἡ Ἠλέκτρα τῆς αὐτῶν ὀργῆς. Ὀρέστης δὲ προεξαρπάζεται τοῦ κινδύνου, προμηθείᾳ τε τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, καὶ Στροφίου συμπράττοντος. Αὐτῷ γὰρ ἐξ ἑμαρμένης ἀπέκειτο ἡ τοῦ πατρῴου φόνου ἄμυνα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Μυκήναις· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ Μυκηνίδων γυναικῶν· προλογίζει δὲ ἡ Τισιφόνη.

## Τὰ τῦ δράματος πρόσωπα.

ΤΙΣΙΦΟΝΗ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ,

ΤΡΟΦΟΣ.

ΑἼΓΙΣΘΟΣ.

ἈΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ.

Χορὸς ἐκ γυναικῶν μυκηνίδων.

ἨΛΕΚΤΡΑ.

ΣΤΡΟΦΙΟΣ.

# ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

## ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Προλογίζει Τισιφόνη.

ΤΙΣΙΦ. Ὡς μοι τὸ Ταντάλειον εἰσαεὶ γένος
Καὶ τοῖς τε λοιποῖς τοῖς κάτω πᾶσιν θεοῖς
Πολὺν παραχόν ἐστι πραγμάτων ὄχλον,
Ἀφ' οὗ γ' ἐκεῖνος δυστυχέστατος γέρων
Ἥψησ' ἑαυτοῦ παῖδα, θεοὺς λαβὼν ξένους,
Καὶ δῶκεν αὐτοῖς παιδίου φαγεῖν μέλη,
Πατὴρ ἐὼν, φεῦ! πρᾶγμα κἂν ᾅδου κακόν.

---

# SOPHOCLIS

## CLYTAEMNESTRA.

Praefatur Tiſiphone.

TISIPH. Quam mihi Tandalidarum genus ſemper
Ac reliquis infernis diis omnibus
Magnam negotiorum faceſſit copiam,
A quo tempore ille infeliciſſimus ſenex
Filium coxit ſuum, ac, diis vocatis hoſpitibus,
Edenda filii appoſuit membra
Pater, heu! facinus vel in inferno horrendum.

Ὁρῶν ὁ ζεὺς γὰρ ϗ θεοὶ δ᾽ ἄλλοι, Διῒ
Συνεςιῶντες, ἀνδρὸς ἀπανθρώπȣ τᾶγος,
Καὶ παῖδ᾽ ἔγειραν Πέλοπα τὸν τεθνηκότα,
Χ᾽ ἡμῖν γονῆα δῶκαν εἰς τιμωρίαν,
Ὅςις παρατηρεῖ μῆλα νῦν, τάλας, χ᾽ ὕδωρ,
Φεύγοντα τὸ ςόμα, ϗ κρεμάμενον ἀεὶ λίθον,
Τλάμων, φοβεῖται, μήποτ᾽ ἂν πίπτῃ ᾽ς κάρα.
Ἴχνη δὲ ἂν τὰ Ταντάλȣ μιμȣ́μενοι
Υἱωνοὶ, Ἀτρεὺς καὶ Θυέςης, μειζόνων
Τολμημάτων ἤρχοντο ϗ μιασμάτων.
Ὁ μὲν Θυέςης λέκτρα βαίνων Ἀτρέως,
Καὶ τὴν ἀδελφȣ̃ ξύγγαμον φθέρων, τέκη
Ἔσπειρε, ϗ ἤνεγκεν ἐξ αὐτῆς τρία.
Ἀτρεὺς δ᾽ ἀκȣ́ων πράγματος μετ᾽ ȣ̓ πολὺ,
Ὁὶ ἔγγονος, τὰ Ταντάλȣ πεπραγμένα
Καλῶς μιμȣ́μενος, τὰ Θυέςȣ παιδία
Σφάξας τε, μιςύλλων τε φασγάνῳ κρέα,
Ξύνδειπνον ἔχε τὸν τάλαν, ϗ δῶκέν οἱ
Τὰ τέκν᾽ ὀβελοῖς ὀπτώμενά τε χ᾽ ἡψημένα
Λέβησι χαλκέοισι, καὶ τόθ᾽ Ἥλιος,
Ὁρῶν τοκῆα τȣ̀ς ἑοὺς παῖδας φαγεῖν,
Ἵππȣς τε ϗ τέθριππον ἔμπαλιν ςρέφει,
Τοιαῦτα μὴ φερόμενος ὄμμασι βλέπειν,

Ut enim Jupiter et reliqui dii, Jouis
Conuiuae, hominis inhumani cognoverunt ſcelus:
Et filium Pelopem excitarunt mortuum,
Et nobis parentem dederunt ad ſupplicium:
Qui nunc pomis, infelix, inhiat et aquae,
Os refugientibus, atque impendentem ſemper lapidem,
Miſer, metuit, ne quando decidat in caput.
Veſtigia autem Tantali aeque ſecuti
Nepotes, Atreus et Thyeſtes, factorum
Audaciae et ſceleris facinoroſiorum etiam extiterunt autores.
Thyeſtes enim, conſcenſo lecto geniali Atrei,
Fratris vitiata conjuge, tres
Genuit et ex ea ſuſcepit liberos:
Atreus vero, cognito haud ita multo poſt flagitio,
Nepos ſcilicet, delicta Tantali
Praeclare imitatus, Thyeſtis liberos
Mactavit et enſe diſcerpſit carnes,
Convivamque adhibuit miſerum, eique appoſuit
Filios verubus aſſatos et coctos
Ollis aheneis. Tunc vero Sol,
Ut vidit patrem ſuis veſci liberis,
Equos et quadrigam retro flexit,
Ejuscemodi non ferens cernere oculis,

Χ' ὁ κόσμος αἴγλην Ἡλίου Φαεσφόρου
Ἐθαύμασ' ἐκλείπουσαν ἐν μεσημβρίᾳ.
Ἀλλ', ὦ Μυκῆν', ὄνειδος ἀνθρώπων γένους,
Οὐ τοῦτο τέρμα τῶν κακῶν, οὐκ ἔστι σοι.
Ὁ γὰρ Θυέστης, ζητέων ἐκδικίαν,
Ἤκουεν ἐκ τῶν Λοξίου μαντευμάτων,
Εἰ τῇ θυγατρὶ συγγένοιτ' ἂν, τῇ κόρῃ,
Αὐτῷ 'κ θυγατρὸς παῖδα γενήσεσθαί ποτε,
Ὃν ἡ γονῆος προσμένοι τ' ἐκδικία.
Καὶ νῦν δ' ὁ καιρὸς ἦλθ', ὃν εἶπε Λοξίας.
Τῇ γὰρ θυγατρὶ μισγόμενος κεῖνος τότε,
Αἴγισθον ἔσχεν, οὗ πέρι 'στὶ νῦν λόγος,
Ὃς τῆς πατρῴας ἦρξατ' ἐκδικήσεως.
Ἀγαμέμνονος γὰρ ἐπὶ πόλιν τὴν Ἰλίου
Μένοντος, ἁγνοῦ τοῦ γάμου λύων νόμους,
Δάμαρτ' ἄνακτος φθεῖρεν, αὐτῷ τ' ἐς πάτρην
Νοσοῦντ' ἀπὸ Τροίας νῦν ἐφοπλίζει φόνον.
Κἀγὼ πρὸς αὐτοὺς εἵνεκεν τούτου 'κπεμπόμην·
Τούτους δὲ τρὶς τύπτουσα στυγίᾳ μάστιγι
Στῆθός τε καὶ πρόσωπον, ἐμβάλλουσά τε
Τρεῖς τῶν χελύδρων, πρὸς δόμους ἀπέρχομαι
Νεκρῶν, ἐς ᾅδην. Μοὶ φάος γὰρ ἐν σκότει.

Mundusque ſplendorem Solis luciferum
Miratus eſt media deficere die.
Verum, Mycenae, opprobrium humani generis,
Non hic eſt terminus tibi malorum tuorum.
Thyeſtes enim vindictam quaerens,
Ex vaticiniis Apollinis cognovit,
Si fuerit congreſſus cum filia virgine,
Sibi ex filia natum iri aliquando filium,
Qui ſit parentis ulturus injurias.
Nunc ergo tempus venit, quod Apollo praedixerat.
Filiae enim miſtus ille, tunc temporis,
Aegiſthum ſuſcepit, de quo nunc ſermo eſt.
Is jam paternam ultionem auſpicatus eſt.
Agamemnone enim ad Ilium
Commorante, caſti conjugii rupit vincula,
Regis ſtupravit conjugem, et ipſi in patriam
Reverte nti, ab oppido Troja, nunc parat caedem.
Atque ego hanc ob cauſſam ad illos miſſa ſum:
Queis ter percusſis ſcutica ſtygia
Ora et pectora, injeci
Serpentes venenatos tres, ac revertor ad domicilia
Mortuorum, in orcum. Atrae enim tenebrae pro lumine mihi.

Στροφὴ κώλων ιγ.

ΧΟΡΟΣ. Οὐδὲν ἀπειστότερον βασιλείας,
Κἂν φαίνοιτο ῥίζων
Στηριχθῆν' ἐπ' ἰχυρῶν,
Ἄκραν τ' ἔχειν ἐν αὔραις
Ὑψηλήν τε καὶ κομῶσαν.
Πολλάκις γὰρ ἁ Διὸς δρῦς,
Ἁ γενναῖα καὶ βαθεῖαν
Ποιουμένη σκιὰν,
Πελέκιος ὑπὸ μιᾶς,
Ἀδρὸς ὑλοτόμου θ' ἑνὸς,
Τύπτοισα γαῖαν, ἄκρῳ
Ἣ πρότερον ἦν ἐν αἰθέρι,
Πέπτωκεν, ὕλης μακρὰν βοώσης.

Ἀντιστροφὴ κώλων ιγ.

Τίς δέ γε τὴν Πριάμοιο ἄνακτος
Ἀρχὴν ἐπαρθεῖσαν
Οὐκ οἶδ' ἀνδράσιν τε χ' ἵπ —
Ποις καὶ γυναιξὶν πολλαῖς;
Ἀλλ', ὦ τῆς τύχης τὸ ἐλαφρόν!
Ἁ πόλις πόθ' ἁ καλὴ,
Νῦν κεῖτ' ἄπτολίς τ' ἐρήμη.
Ἄνδρας μάχ' ὤλεσαν

Strophe verſuum XIII.

CHORUS. Nihil inſtabilius regno,
Radicibus tametſi videatur
Defixum altisſimis,
Arcem habere in nubibus
Excelſisſimam et tutisſimam.
Saepe enim Jovis quercus,
Generoſa et latam
Spargens umbram,
Securi ab una
Unius lignicidae
Concutiens terram, ſummo
Quae antea fuerat in aethere,
Cecidit, ſilua late reſonante.

Antiſtrophe verſuum XIII.

Quis vero etiam Priami regis
Ignorat regnum
Peditibus, equitibus
Et feminarum floruiſſe multitudine?
Sed, eheu fortunae inconſtantiam!
Urbs iſta quondam ſplendida
Nunc jacet, amplius non frequentata incolis, ſed deſolata.
Viri in proeliis occubuerunt

Δεκαετέος Ἄρεως·
Αἰχμαλωτίδες αἵδε νῦν
Αὐτῶν γυναῖκες ἐς τὴν
Ἑλλάδ' Ἀγαμέμνονος βίᾳ
Νικῶντος ἕλκονται, φεῦ τύχης, φεῦ!

Ἐπῳδὸς κώλων θ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ. Οὐ τάδ', ὦ Μυκήνας τέκνα
Τᾶς πολυχρύσοιο·
Οὐ ταῦτ', ἐλθόντος βασιλῆος,
Ἀΐδειν ἡμᾶς πρέπει,
Ἢ Γαιάοχον ἐννοσίγαιον,
Ἤ τε Λητόος καὶ Ζηνὸς
Παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα,
Τὸν ἀγλαὸν, ἢ θεοὺς
Λοιπούς τε καὶ θεάς.

Στροφὴ ἄλλη κώλων ια.

ΧΟΡΟΣ. Σοὶ τάδε, παντομέδων Ἐνοσίχθων,
Σοὶ ταῦτ' ᾄδομεν ᾄσμασι κλεινοῖς.
Σοῦ γὰρ ὑπείκοντος Ἀγαμέμνων
Ἴλιον ἄστυ πέρσεν Ἀχαιῷ
Ἄρεϊ, καὶ, σοῦ συγχωροῦντος,
Ἁλμυρὸν ὕδωρ νηυσὶ περήσας,
Νῦν ποτὶ παστὸν, τήν τε δάμαρτα,

Decennis belli:
Eorum autem mulieres
Captivae nunc in Graeciam
Agamemnonis victoris vi
Trahuntur. Eheu ſortem, eheu!

Epodus verſuum IX.

HEMICHOR. Non haec, alumnae Mycenarum
Opibus affluentium,
Non haec, regis in adventu,
Canere nos decet,
Aut Neptunum, qui terras moderatur et concutit,
Aut Latonae et Jouis
Filium, Apollinem
Formoſum, aut Deos
Reliquos ac Deas.

Strophe altera verſuum XI.

Tibi haec, ponti moderator, Neptune,
Tibi haec canimus carmine nobili.
Te enim indulgente Agamemnon
Ilium oppidum pervertit Graeco
Marte, ac, te annuente,
Salſa aequora tranſvectus navibus
Nunc ad genialem torum et conjugem

Ἔυθυμος ἦξει, ἦτε Μυκήνη
Τὸν φίλον αὐτῆς δέξετ᾽ ἄνακτα,
Πᾶσά τε πλήρης γηθοσυνάων
Πολλὰ βοῶν σοι κάρατα σφάξει.

Ἀντιστροφὴ κώλων ια.

Καὶ σέ δ᾽, Ἀπόλλων ἡλιόμορφε,
Αἰνοῦμεν γλυκεραῖς ἐν ἀοιδαῖς,
Καίπερ ἀμύναντά ποτε Τροίῃ,
Τόν τ᾽ Ἀρχιλῆα χερσὶ φονεῦντα.
Σὺ γὰρ ἔδωκας τείχη σκάψαι,
Σῶν ὑπὸ χειρῶν Λαομέδοντι
Ἀγλαὰ δῶρα· τάς τε Μυκήνας
Εἴασας ἰδεῖν νῦν ἀπὸ Τροίης
Ἀτρέος υἱὸν, χαῖρε, Διὸς παῖ,
Καὶ λαβὲ, ἃς σοι ᾄδομεν ᾠδὰς,
Μὴ δ᾽ ἔτι τόξον, μήτε φαρέτρην.

Ἐπῳδὸς κώλων ι.

Πῶς δέ σε, Ζεῦ, πάτερ αἴθριε,
Πάντων οὐρανιώνων
Γεννήτωρ τε καὶ ἀρχὴ,
Λείπομεν ἡμετέρῃσιν ἄναυδον
Ὠιδαῖς; Σῇ γὰρ ἀνάγκῃ
Τείχεα ἄστεος Ἰλιακοῖο

Laetus revertitur, et Mycena
Carum regem ſuum excipit,
Totaque plena laetitiae
Multa taurorum tibi mactabit corpora.

Antiſtrophe verſuum XI.

Te quoque, Apollo, luce ſolari ſplendide,
Laudamus dulcibus cantibus,
Olim etſi Trojam defenderis
Et Achillem manimus interfeceris.
Tu enim dediſti ſubruere muros,
Manuum tuarum Laomedonti
Magnifica dona: Mycenis autem
Conceſſiſti nunc a Troja reverſum conſpicere
Atrei filium, ſalve, Jovis fili,
Et accipe, quae tibi canimus, carmina,
Non amplius autem arcum, nec pharetram.

Epodos verſuum X.

Quomodo vero te, Jupiter, pater aetherie,
Caelicolarum omnium
Genitor et auctor,
Relinquamus noſtris illaudatum
Carminibus? Tua enim potentia.
Muros oppidi Iliaci

Πέρσεν ἄναξ Ἀγαμέμνων.
Χαῖρ' οὖν, καὶ ταύρων αἷμα λιαρὸν,
Βωμοῖς θ' ἡμετέροισι
Ὀσμὴν θερμοῖο ψάυε λιβάνου.

ΚΛΥΤΑΙΜΝ. Τί δυστάλαινα τῇ ψυχῇ δ' ἀναστρέφεις;
Οὐ δεῖ σε ποιεῖν ταῦτα. Τίς κεῖνος; Πόσις
Ὁ φίλτατος, γῆς τῆς Μυκηναίων ἄναξ,
Νοστῶν δ' ἀπ' Ἰλίοιο καὶ Φρυγῶν πυρὸς,
Κἄγων ἐκεῖθεν ληΐδ' ἐς Ἑλλάδα.
Ἀλλ' ἔστι χ' οὗτος τὴν ἐμὴν σφάξας κόρην,
Καὶ τῷ θυγατρὸς, φεῦ γένους τοῦ Ταντάλου,
Ἰχῶρι παρθενοκτόνον βρέχων Θέαν.
Ἐκεῖνος ἦρξε πρῶτος, ἔμ' ἔπεσθαι πρέπει
Τοῖς ἀνδρὸς ἴχνεσι, χ' αἷμα τ' ἐπίλοιπον χέειν.
Αἰδὼς ἀπῆλθεν, ἁγνὸς ὑμεναίων τ' ἔρως
Ἄπεστι μακράν. Νῦν δέ σοι τολμητέον,
Ὧι τὸν σὸν ἄνδρα καὶ γενέθλην ἀνέρος
Νικᾶν δύναιο. Νῦν δὲ σαυτὴν, ὦ δάμαρ,
Ἀκοίτα' εἰς ὄλεθρον ἐφόπλισον κακὸν,
Βλέψον δ' ἑκάστης πρὸς γυναικὸς πράγματα,
Εἴτι 'στὶν ἀνδρὸς ἄξιον τοῦ σοῦ γέρας,
Νικᾶν ἁπάσας δεῖ σὲ, Ἀγαμέμνονος γυνή.

Diſiecit rex Agamemnon.
Salve igitur, et taurorum ſanguinem tepidum
Et ex aris noſtris
Odorem ardentis thuris ſuſcipe.

CLYTEMN. Quid, miſera, mente revolvis?
Non decet haec te facere. Quis ille? Conjux
Dilectisſimus, Mycenaeorum rex terrae,
Revertens ab Ilii et Phrygum incendio,
Et inde praedam agens in Graeciam.
Sed idem eſt, meam qui interfecit puellam,
Et filiae, vae generi Tantali,
Rigavit cruore virginicidam Deam.
Iſte incepit primus, me decet ſequi
Mariti veſtigia, ac reliquum profundere ſanguinem.
Reverentia recesſit, caſti conjugii amor
Abeſt procul. Nunc ſunt audenda tibi,
Quibus et maritum tuum, et mariti ſtirpem
Vincere posſis. Nunc ipſa te, o mulier,
Mariti malam arma in perniciem,
Perpende ſingularum feminarum facinora;
Si ſit marito tuo dignum praemium,
Omnes vinci oportet abs te, Agamemnonis conjuge.

Πάρες' ὁ μοιχός· ἡ Φυγὴ μόλις κακόν·
Τὸ Φάρμακον δ' οὐκ αἰὲν εἰς θάνατον ἄγει·
Ξίφος δὲ πάντων μοι κακῶν μᾶλλον δοκεῖ
Πρέπειν. Ἐκείνῳ γὰρ κόρην ἔσφαξ' ἐμήν.
ΤΡΟΦΟΣ. Ἄνασσ' Ἀχαιῶν, Τυνδάρεω κλεινὸν γένος,
Τί δ' ὧδε μόνη σαῖς περιστρέφεις Φρεσὶ,
Ἢ ποῖα Φροντὶς σεῖο νῦν δάκνει ψυχήν;
Εἰ καὶ σιωπᾷς, ἐκ προσώπου 'στὶν λαβεῖν
Τὸν θυμὸν, ὃν ζέσαντ' ἀποκρύπτεις νόῳ.
Δὸς οὖν διάστημα χρόνου τῷ σῷ πάθει.
Τὰ γὰρ παρόντος τοῦ χρόνου τὰ Φάρμακα
Μὴ λαμβάνοντα, καιρὸς ἄλλος ἰάσεται
Ἴσως. Ἅπαντα γὰρ στρέφων ποιεῖ χρόνος.
ΚΛΥΤΑΙΜΝ. Χεῖρον τὸ τραῦμα τοὐμὸν, ἢ καὶ τὸν χρόνον
Δύναιτο μέλλοντ' ἂν μένειν, κᾀυτοῦ πάρα
Θεράπευμ' ἔχειν. Οὐκ οἶδε περιμένειν πόνος.
Φλέγομαι τάλαινα τῷ πυρὶ τὴν καρδίαν,
Οἶστρον δὲ βάλλει κήδεϊ δεῖμος ἰχυρὸν,
Καὶ ζῆλος αἴθει στήθεα, καὶ ψυχὴν ἔρως
Θλίβει κάκιστος· οὐκ ἐκεῖθεν δ' ἔστι μοι
Αὐτὸν παραβάλλειν, καὶ μέσον τούτων ἔτι
Αἰδὼς ὑποκρούει, κᾂν δεδούλωται πάλαι.
Ἄγομ', ὡς σκάφος, χειμῶνι κᾀήταις. Τὸ μὲν

Adeſt adulter: divortium vix eſt malum :
Venena non ſemper ad mortem adigunt :
Enſis ex malis omnibus magis videtur
Idoneus. Eo enim puellam contrucidavit meam.

NUTRIX. Regina Achivorum, Tyndari nobile genus,
Quid hic ſola corde verſas tuo,
Aut quae ſollicitudo nunc animum mordet tuum?
Tametſi taceas, ex vultu licet cognoſcere
Furorem, quem feruentem animo celas.
Interpone moram temporis perturbationibus tuis.
Quae enim praeſentis temporis medicamina
Non admittunt, tempus aliud fortaſſe eis
Medebitur. Omnia enim vertens conficit tempus.

CLYTEMN. Gravius vulnus meum, quam ut tempus
Poſsit futurum expectare, ex eoque
Levamen habere. Affectus non fert moram.
Uror miſera igne pectora,
Ac vehementem aegritudini ſtimulum iniicit metus,
Corda inflammat aemulatio, animumque amor
Urget peſsimus, nec licet eum inde
Expellere. Inter iſta adhuc
Pudor ſubpungit, tametſi oppreſſus ſit dudum.
Sicuti cymba feror tempeſtate et ventis.

Ἐνθένδε βοῤῥᾶς τύψε, κἀκεῖθεν νότος,
Ζέφυρος δὲ πρώρην, εὖρος αὖ πρύμνην βάλε.
Ἕνεκα δὲ τούτων οἴακ' ἀπέβαλον χερῶν,
Ὅποι δὲ χειμὼν πικρὸς ἄξει καὶ κλυδὼν,
Ταύτῃ με δώσω βένθεσιν θαλασσίοις.
Ὅταν γάρ ἐστιν ἡ ψυχὴ ἐσφαλμένη,
Ὥς μοι δοκεῖ, κάλλιστος ἡγεμὼν λάχος.

ΤΡΟΦ. Ὁδηγὸν ὅστις τὸν λάχον ζητεῖ, τυφλός.
ΚΛΥΤ. Πάλαι δὲ τυφλός ἐστιν ἡγήτωρ ἐμοί.
ΤΡΟΦ. Κἀκεῖνος ὧδέ σ', ὦ Κλυταιμνήστρ', ἤγαγε.
ΚΛΥΤ. Τί δ' οὖν; Τί πράξω, πιστὸν ἐμοῖς κακοῖς κάρα;
ΤΡΟΦ. Οὐδεὶς τ' ἁμάρτημ' οἶδεν, ὦ δέσποινα, σόν.
ΚΛΥΤ. Οὐκ ἔστι κεύθειν βασιλέων τὰ σφάλματα.
ΤΡΟΦ. Τί δ' ἄλλο νῦν, ἄνασσα, σκευάζεις νέον,
Εἰ μή γ' ἀρέσκει σοι πεπραγμένον ποτέ;
ΚΛΥΤ. Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τέρμ', ὅταν γ' ἄρξῃ κακῶν.
Κακοῖς δ' ἐπάξων τις κάκ', ἄυξ', ὅταν τρέμοι.
Πῦρ καὶ σίδηρον ἕλκε' αἰτοῦσίν τινα.
ΤΡΟΦ. Πειρᾶν, ἄνασσα, πρῶτον ὕστατ' οὐ πρέπει;
ΚΛΥΤ. Ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τὴν ὁδὸν λαβεῖν κακήν.
ΤΡΟΦ. Ἀλλ' οὖν γάμων τὸ σεμνὸν ὄνομ' αἴδεο.
ΚΛΥΤ. Ὃν δέκ' ἀπ' ἐτῶν οὐκ ἶδον, ἀνήρ ἐστι μοι.
ΤΡΟΦ. Μέμνησο παίδων, οὓς τέκες κείνῳ ποτέ.

Hac Boreas pulſat, illac Notus;
Zephyrus proram, Eurus ferit puppim.
Id propterea gubernacula miſi manibus,
Quacunque vero tempeſtas duxerit aſpera et fluctus,
Ea peſſum me dabo in profunda maris.
Cum enim mens affecta errat,
Ut mihi videtur, ſors dux eſt optima.
NUTR. Comitem quisquis ſortem quaerit, caecus.
CLYT. Dudum vero ea mihi ductrix caeca.
NUTR. Ac ea quidem huc, o Clytemneſtra, te duxit.
CLYT. Quid ergo? Quid agam, fidum malis meis caput?
NUTR. Nemo peccatum novit, regina, tuum.
CLYT. Regum delicta non poſſunt latere.
NUTR. Quidnam vero nunc aliud, regina, moliris novi,
Si ejus, quod olim feciſti, poenitet?
CLYT. Non licet reperire terminum, ſi ſemel a malis inceperis:
Malis vero additurus quiſpiam mala, auget, cum dubitat.
Ignem et ferrum ulcera quaedam poſtulant.
NUTR. Nonne primum, regina, extrema experiri decet?
CLYT. In malis oportet viam eligere malam.
NUTR. Veruntamen ſanctorum connubiorum verere nomen.
CLYT. Quem decem abhinc annis non vidi, maritus eſt mihi?
NUTR. Reminiſcere liberorum, quos peperiſti quondam illi.

ΚΛΥΤ. Μῶν τῆς θυγατρὸς, ἣν καλὸς σφάξεν πατήρ;
ΤΡΟΦ. Κίνησ' Ἀχαιῶν τὰς ἀκινήτους νέας.
ΚΛΥΤ. Σὺ γοῦν, Κλυταιμνήστρ᾽, ἀγλαὸν οὐρανοῦ γένος,
Τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ναυτικοῦ καθαρτικὸν
Κάρ᾽ ἔτεκες. Οὗτοι σῶνδε παρθένων γάμοι!
Λογίζου, ὦ τάλαινα, νῦν τῆς σῆς κόρης,
Οὓς οἱ πατὴρ ἔδωκε, θαλάμους, ἀξίους
Τοῦ Ταντάλεω δυστυχεστάτου γένους.
Ἔστη τοκεὺς βωμοῖο δυσσεβὴς πέλας,
Καὶ τῷ θυγατρὸς αἵματ᾽ ἐραντίσθη φίλης,
Χ᾽ οὐδέις ποτ᾽ εἶδε δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.
Ὀμφὴν δὲ Κάλχας μάντις οἰκείας βοῆς
Ἔφριττεν, ἰδὼν γονῆα τὸν τῷ αἵματι
Ῥέοντα θυγατρός. Ὦ τὸ Πελοπιδῶν γένος,
Παλαιὰ νικῶν τοῖς καινοῖς μιάσμασι,
Καὶ τοὺς γε πάππους, αἶ! ὑπερβαῖνον κακοῖς.
Τοῦ ναυτικοῦ οὖν αἵματ᾽ ὠνέμεθα λύσιν,
Καὶ τῶν θυγατρῶν, τῶν κορῶν, τῶν παρθένων,
Ἰχῶρ᾽ ἀπεχθεῖς εὐμενίζομεν θεούς.
Τί οὖν δάμαρτι κεῖνος ἂν ποιοῖ, τροφὸς,
Εἰ τοῦ θυγατρὸς μὴ περιέχεται φόνου;
Ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἐκ τῆς Αὐλίδος λύσεν σκάφη,
Ἐχθρῶν ἀπέλυσέ τε καὶ ἐναντίων θεῶν,

CLYT. Num filiae fortasse, quam bonus pater trucidavit?
NUTR. Promovit Agiuorum immotas naves.
CLYT. Tu igitur, Clytemneſtra, ſplendidum caeli genus,
Achiuae claſsi piacularem
Genuiſti hoſtiam. Hae ſunt tuarum virginum nuptiae.
Cogita nunc, miſera, puellae tuae,
Quos ei pater ſtraverit geniales lectos? Dignos
Infelicissimo Tantalidarum genere.
Stabat parens ante aram impius,
Et filiae ſanguine conſpergebatur dilectae,
Nec quiſquam unquam ex oculis vidit lacrimam.
Suae ipſius vocis vaticinium Calchas vates
Perhorrescebat, cernens parentem ſanguine
Stillantem filiae. O gens Pelopidarum,
Vetera novis ſuperans ſceleribus,
Atque maiores ſuos, eheu! vincens flagitiis!
Ergone claſsium motum ſanguine redimimus,
Et filiarum, puellarum, virginum,
Cruore infeſtos placamus deos?
Quid igitur ille conjugi faciat, nutrix,
Si nec a filiae ſe abſtinuit caede?
Sed promoverit ex Aulide ſcaphas,
Liberaverit ab inimicis et infenſis diis:

"Ολος χεδόν τι ὤλεθ' Ἑλλήνων ϛρατός.
Καὶ πρῶτον ἐκ τȣ̃δ' αἰτίας εἰς τὸν λεὼν
Ἔπεμψ' ὁ Φοῖβος λοιμὸν ἀνθρωποκτόνον,
Ἄνδρας θερίζων χέρμασιν ἑκατηβόλοις.
Κεῖνος δὲ λαȣ̃ μέσσος, οἳ πλείω νεκροὶ,
Ἢ ζῶντες ἦσαν, ἱερέως κόρην βίᾳ
Κρατεῖ, Ἀχαιῶν κοινὰ μὴ μελετῶν πάθη.
Ἀλλ' ὁππόταν τῷ πατρὶ ὀψέποτε κόρην,
Ἄκοντος αὐτȣ̃, πέμψαν· ἐξ Ἀχιλλέως
Βρισηΐδ' αἰτεῖ, Πάριδος ἐχθρὸς πότνιος.
Ἐνθένδε πάντων τῷ ϛρατῷ πόρος κακῶν,
Πηλεῖδέ ἐκ τȣ̃ δηλαδὴ 'ς αὐτὸν κότȣ.
Καὶ τȣ̃το κλαίει δ' Ἑλλὰς ἡ τάλαινα νῦν.
Ὤλοντο πάντες Ἑλλάδος ϛρατηγέται
Τοῖς Ἑκτορείοις ξίφεσι, χ' ȣ̓δεὶς οἴκαδε
Ἀναϛρέφει. Φεῦ! νικάομεν ἡττώμενοι.
Πȣ̃ δ' εἰσὶν οἱ Βοιωτίας ϛρατηλάται,
Οἱ πέντε ἐξάδελφ' ἐς ᾅδȣ, πλὴν δύο.
Πȣ̃ δὲ κλυτȣ̃ Ἄρηος ἀψευδῆ τέκη;
Τέθνηκεν αὐτῶν Ἀσκάλαφος Τρώων ξίφει,
Τεθνήκασίν τε χ' Ἰφίτȣ παῖδες δύο,
Ὄζος τ' Ἄρηος, Εὐβοέων κλεινῶν ἄναξ.
Πȣ̃ δή σε, Αἰακίδαο Τελαμῶνος γένος,

At univerſus propemodum periit Graecorum exercitus.
Ac primum ob hujus culpam militibus
Immiſit Apollo peſtem homicidam,
Viros metens ſagittis volitantibus.
Ille vero medius inter exercitum, ubi plures mortui,
Quam vivi erant, ſacerdotis filiam retinebat
Vi, Graecorum communem non curans cladem.
Sed poſtquam aliquando parenti filiam,
Invito illo, remiſerant, ab Achille
Briſeida repetiit, Paridis venerabilis vindex.
Hinc omnium exercitui fons malorum,
Ex Pelidae adverſus eum iracundia,
Idque nunc plorat miſera Graecia.
Ceciderunt omnes Graeciae principes
Armis Hectoreis, nec quisquam domum
Revertitur. Eheu! vincimus victi.
Ubinam enim ſunt Boeotiae duces?
Quinque iſti patrueles in orco ſunt praeter duos.
Ubi nobilis Martis veriſſimi filii?
Ex eis interiit Aſcalaphus Troianorum enſe.
Obierunt Iphiti duo filii,
Prolesque Martis, nobilium Euboenſium rex.
Ubi vero te, Aeacidae Telamonis prolem,

Πȣ̃ σ᾽, ὦ τάλας, εὑρήσομεν, ὃς Λαερτίδȣ
Δόλῳ φονηθεὶς νῦν νέμεις ᾅδȣ δόμȣς;
Πȣ̃ δ᾽ ἄλλον, ὃς τέθνηκ᾽ ἐοικότως μάλα
Αἴαντι, Ναυπλίοιο τὸν φίλον γόνον;
Σὲ γὰρ, σὲ, τλάμων, πνίξαν Ὀδυσῆος χέρες,
Ἐς ἰχθύων ποτ᾽ ἐξιόντ᾽ ἄγραν σκάφει.
Ἀλλ᾽ ȣ̓κ Ὀδυσσεύς ἐςι τȣ̃δ᾽ ὁ μιαιφόνος,
Ἀτρίδ᾽ εἰσὶν ἔργα ταῦτα τῆς φρενός.
Κεῖνον γὰρ ἀμφισβητέοντα περὶ ςρατȣ̃
Βασιλῆϊ, ȣ̓ δυνάμενος ἄλλως, ἔκτανε
Δόλοις, Ὀδυσῆος χερσὶ τȣ̃ μιαιφόνȣ.
Ἀλλ᾽, ὦ γεραιὲ Νηλέως πȣ̃, πȣ̃ δ᾽ ὁ σὸς
Παῖς φίλτατος; Μαχῶντα Μέμνονος ξίφος
Ἀπέκτανεν· σὺ δ᾽ ἔασσασας πολιὸν κάρα.
Ὑμεῖς δὲ, λαῶν ἡγεμόνες τῶν Ἤλιδος,
Ἄρηος ἥμισ᾽ ὑμέων κτάνον μάχαι.
Καὶ σὺ, Ῥόδος δύςην᾽, ἔχεις, ὃν ἂν ςένοις.
Τέθνηκε Τληπόλεμος ὑπ᾽ ἔγχεος Διὸς
Παιδός τε, καὶ γῆς πολλὸν ἔβρεξ᾽ αἵματι.
Ποίοις δὲ δακρύοισί σ᾽, Ἀγλαΐης τόκος,
Στενάξομέν σ᾽, εὐμορφίας σπάνιον κλέος;
Ποίοις δὲ καὶ σὲ, Νηρεΐδος ἀγλαὸν τέκος,
Ἄρηος ἶσον ἐν μάχαις κόπτοντ᾽ ἀεὶ,

Ubi te, infelix, inveniemus, qui Laërtiadae
Dolo interfectus, nunc habitas orci domos?
Ubi vero alium, qui morti occubuit haud dissimiliter
Aiaci, Nauplii carum filium?
Te enim, te, miserande, suffocarunt Ulyssis manus,
Cum exiisses quondam piscatum scapha.
Sed non Ulysses huius est parricida,
Atridae haec sunt facta amentiae.
Illum enim disceptantem de exercitu
Regi, cum aliter non posset, interfecit
Dolis, Ulyssis parricidae manibus.
Ubi vero, senex, fili Nelei, ubi tuus
Dilectissimus filius? Pugnae intentum Memnonis ensis
Necavit: tu vero canum caput vellicasti.
Vos vero, Eleae gentis duces,
Dimidia pars vestrum Martis proeliis absumta est.
Ac tu, infelix Rhodus, habes, quem plores.
Cecidit Tlepolemus ense filii
Iouis et terra multo maduit sanguine.
Quibus vero lacrimis te, Aglaïae fili,
Lugebimus, te, formae rarum decus?
Quibus vero te, Nereïdis illustrem gnatum,
Marti similiter in pugnis semper caedentem,

Ποίοις σὲ δακρυχέομεν ἐν στενάγμασιν;
Σὲ δ', ὦ Μαχάων, οὐδ' ὁ σὸς δύνατο πατὴρ
Θανάτοιο ποιεῖν ἐκφυγεῖν κακὸν μόρον,
Οὐδ' Ἰφικλίδην δάκρυα δάμαρτος φίλης
Τὸν μεῖζον', ἀλλ' ἐκεῖνος ἐς νεκροὺς ἔβη,
Καὶ τὸν Ποδάρκην εἵλκυσεν ἀδελφὸν μέτα.
Τίς γοῦν πάρεστι τοῦ γένους Ἑλληνικοῦ,
Τὴν εὐγένειαν δυναμένος τοῖς ἐγγόνοις
Λείπειν τε καὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν δυσδαίμονα
Λαμπρᾷ γενέθλῃ 'ς τὴν στάσιν πρώτην ἄγειν;
Πέπτωκεν Ἑλλάς· Ὦ μελέ', ὦ τάλαιν' ἐγώ!
Χ' οὐδεὶς τὸν ἄνδρα, τὸν αἴτιον πάντων κακῶν,
Τολμᾷ μαχαίραις, αἷς θάνον λυποὶ, φονεῖν.
Κεῖνος δ' ὑποστρέψει, ἄγων νῦν ὡς δόμους
Μητρυϊὰν ἡμῶν παισὶ, καὶ λέκτροις ἐμοῖς
Νέαν δάμαρτα, Τρωϊκὴν, οἰστρουμένην.
Καὶ δέξομ' αὐτούς; Ὦ θεοὶ, Διὸς κόροι,
Πῶς δ' ἐστὲ νῦν; Ἐκδέξομ', ἀλλὰ τῷ ξίφει,
Τόνδε ὀλετῆρα τῆς Ἀσίης τε χ' Ἑλλάδος.

ΤΡΟΦ. Ἀκήκο', ὦ δέσποινα, σὴν μομφὴν, φίλη,
Ἣ θυμοῦ ἐκ ζέοντος ἐβλύσθη πάρος,
Χ' ἐθάυμασ' ὡς μάλιστα, τήν τε σοῦ ψυχὴν

Quibus te proſequemur lacrimis et ſingultibus?
Te vero, Machaon, nec tuus potuit parens
Acerbo mortis eripere fato.
Nec Iphicli filium lacrimae conjugis carae
Natu maiorem, ſed is deſcendit ad inferos,
Ac Podarcen fratem poſt ſe traxit.
Quis igitur ſupereſt gentis Graecae,
Qui generis nobilitatem poſteris
Relinquere, et Graeciam miſerabilem
Splendida progenie in ſtatum priſtinum revocare poſsit?
Corruit Graecia: O miſera, o infelix ego!
Ac nemo virum, auctorem malorum omnium,
Audet enſibus, quibus ceteri ceciderunt, interficere.
Ille vero revertetur, ſecum nunc domum ducens
Novercam liberis noſtris, ac lecto geniali meo
Novam pellicem, Troïcam, furore percitam.
Atque ego iſtos excipiam? O Dei! O Dioſcuri!
Ubi quaeſo nunc eſtis? Excipiam, ſed enim enſe,
Illum perditorem Aſiae et Graeciae.

NUTR. Audivi, dilecta domina, crimina,
Quae modo ante feruente furore emanarunt,
Atque mirata ſum maxime, animum tuum

Τοσοῦτον ὀργῆς εἰς τὸν ἄνδρ' ἀναίτιον
Τὸν σὸν χύσασθ'.
ΚΛΥΤ. Ἀναίτιος οὖν κεῖνος δοκεῖ;
ΤΡΟΦ. Ἀναίτιος, μὰ τὴν Διὸς Ἥρην ξύγγαμον.
Τί γὰρ πεποίηκ';
ΚΛΥΤ. Ἑλλάδ' ἀνατρέπειν, καλόν;
Ἄνδρας τε κτείνειν τοὺς ἀρίστους, πρόσφορον;
Θύγατρα σφάττειν τοῖς θεοῖς μάλ' εὐσεβές;
Ἄγειν δάμαρτι παλλακίδ' ἐς δόμους, πρέπον;
ΤΡΟΦ. Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνασσα, Ἑλλάδος πέρι,
Οὐκ ἔστι κεῖνος ἀνατρέπων τὴν Ἑλλάδα,
Ἀλλ' ἔστιν αὔξων, Τρωϊκὸν κείνῃ πέδον
Νέαισι νίκαις νῦν νεωστὶ προστιθείς.
Τὸ δ' ἄνδρας αὐτοῦγε πεφονευθῆναι πάρα,
Οὐκ ἔστ' ἀληθὲς, Λαρτίου παιδὸς χερὶ
Φονοῦντος αὐτόματον τὸ Ναυπλίου τέκος.
Σφάττειν δὲ τὴν θύγατρα, χ' εὐσεβὲς μάλα,
Αἰτοῦντος οὕτω τοῦ χρόνου καὶ τῶν θεῶν.
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα, τὸν καλὸν στρατηλάτην,
Αὑτὴν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ στρατοῦ
Τεθνηκέναι, καὶ μὴ μόνον τῶν παρθένων.
Ἔχειν δὲ δούλας τε, καὶ ἄγειν αὐτὰς δόμον,
Ἀνδρῶν σύνηθές ἐστι τῶν στρατηγετῶν

Tantum irae in innocentem maritum
Tuum effudiſſe.

CLYT. Innocens igitur videtur ille?

NUTR. Innocens per Iovis conjugem Junonem.
Quid enim peccavit?

CLYT. Graeciam evertere, glorioſum?
Viros interficere praeſtantissimos, decorum?
Filiam mactare diis, religioſum?
Conjugi in domos introducere pellicem, honeſtum?

NUTR. Primum quidem, regina, Graeciam quod attinet,
Ille non evertit Graeciam,
Sed auxit, Troïcam ei regionem
Novis victoriis nunc novissime adiiciendo.
Viros autem ab eo caeſos eſſe,
Non eſt ita, cum Laërtae filius manu
Sponte interſecerit Nauplii gnatum.
Occidere autem filiam, valde profecto religioſum,
Poſtulantibus ita tempore et diis.
Oportet enim virum, fortem exercitus ducem,
Vel ſuam ipſius animam pro exercitu
Ponere, non virginum ſolum.
Quod vero captivas habet, easque deducit domum:
Conſuetum viris belli ducibus

Ἐξαιρέεσθ' ἐκ ληΐδος κόρας καλάς.
Ἀλλ', ὦ φίλη δέσποινα, δεῖ σκέπτεσθ', ὅπως
Τοιαῦτα πράττεις. Ἄνδρα πιστεύεις φονεῖν,
Ὃν οὐδὲ Τρῶες ἐν ἔτεσ' ἴσχυον δέκα,
Ὃν οὐδ' Ἀχιλλεὺς φασγάνῳ κατέτρωσε,
Τούτῳ σὺ δ', ὦ ἄνασσα, σκευάζεις φόνον.
Οὐ τοῦτ' ἀνεκδίκητον οἱ τῆς Ἑλλάδος
Οἴσουσι λαοί. Πλάττε σοι Τροίης τύχην.
ΑἸΓΙΣΘΟΣ. Ἦλθ' ὁ χρόνος, τόνδ' αἰὲν ἔτρεμον, σὲ νῦν,
Αἴγισθε, δεῖ τὰ πάντα μηχανήματα
Εὑρεῖν, ἅπερ πρέποντα τοῖς ἐκ Ταντάλου
Ἐστίν. Μυκήνης νῦν ὑποστρέψαι δ' ἄναξ,
Οὗ σὺ δάμαρτ' ἔφθαρκας. Ἔστι δ' Ἀτρέως
Παῖς· σὺ Θυέστου. Κεἰς ἀπέχθειαν δ' ἅλις
Τοῦτ' ἔσσεθ' ἡμῖν. Εἰσὶ δ' ἄλλαι ἔτ' αἰτίαι.
Μὲ γὰρ Θυέστης τοῦδε τοῦ θανάτου χάριν
Γέννησε, κεἰς Ἀγαμέμνονος ταχὺν φόνον,
Εἴ γ' ἔστ' ἀληθῆ Λοξίου μαντεύματα.
Εἰ ψεύδε' ἐστὶ, καὶ σὺ μὴ δύνῃ ξίφει
Κτείνειν ἐκεῖνον, πιπτέον δή σοι τότε.
ΚΛΥΤ. Ἔδει σὲ καὶ πρὶν τοῦδε τοῦ χρόνου θανεῖν.
ΑἸΓΙΣΘ. Ἄνασσα, τῶν ἐμῶν πόνων σὺ δ' αἰτία,
Καί σ' οὖν δίκαιόνγε ξυναποθνήσκειν ἐμοί.

Eligere ex praeda puellas formoſas.
Verum, dilecta domina, diſpiciendum eſt tibi, quomodo
Haec adminiſtres. Virum confidis te interfecturam,
Quem nec Troiani decem annis potuerunt,
Quem nec Achilles enſe ſauciavit,
Ei tu, regina, paras caedem.
Non hoc inultum tibi Graeciae
Relinquent populi. Pone tibi ante oculos fortunam Troiae.

AEGISTHUS. Venit tempus, quod ſemper perhorrui. Te nunc,
Aegiſthe, oportet omnes machinationes
Invenire, quae decent Tantalo prognatos.
Mycenae nunc redit rex,
Cujus tu conſtupraſti conjugem. Eſt autem Atrei
Filius, tu Thyeſtae. Atqui hoc ſatis
Erit nobis ad odium cauſſae. Sunt vero aliae etiam.
Me enim Thyeſtes hujus caedis gratia
Genuit, et ad celerem Agamemnonis necem,
Si quidem vera ſunt Apollinis oracula:
Sin falſa; nec tu potueris ferro
Contrucidare illum; tunc cadendum tibi.

CLYT. Hoc ante tempus iam fueras morti devotus.

AEGIST. Regina, mearum aerumnarum tu es cauſſa,
Iuſtum ergo, te quoque mecum mori.

Μὴ ταῦτα δ᾽, ὦ δέσποινα, δεῖ σε νῦν τρέμειν.
Κεῖνος γὰρ ἥκων αἷμά σοι τίσει τὸ σὸν,
Ὃ ν᾽ τῇ θυγατρὶ πάσσεν, εὐσεβὴς, ποτε.
Τί σοι δ᾽ ὁρῶ πρόσωπον ὠχριασμένον;
Τί δὲ καὶ ἀμειδέσ᾽ ὄμμασιν κάτω βλέπεις,
Ἄνασσα; Δεῖ ν᾽ τοῖς ἐχάτοις θαῤῥεῖν μάλα.
ΚΛΥΤ. Ἕλκει μ᾽ ὄπισθεν γνησίων λέκτρων ἔρως,
Πάθει δὲ κάμπτειν τὴν ψυχὴν τῇδ᾽, ὁππόθεν
Οὐκ ἔπρεπ᾽ αὐτὴν ἐκπεφευγέναι ποτέ.
Στρέφειν γὰρ ὀψὲ τὸν νόον πρὸς τὸ πρέπον,
Τίς μὴ λέγοι δ᾽ ἄμεινον εἶν᾽, ἤτ᾽ οὔποτε;
ΑΙΓΙΣΘ. Ἄφρων ἄνασσα, σοὶ δὲ κἐλπίζεις, ἔτι
Πιστοὺς ἔσεσθαι τοὺς γάμους Ἀτρείδεω;
Οὐκ οἶδας, ὅσσα γ᾽ ἡ τύχ᾽ ἀθρώπων φρεσὶν
Εἴωθε βάλλειν, ὁππότ᾽ ἐστ᾽ εὐήμερος;
Τί γὰρ νομίζεις τὴν ἅλωσιν Ἰλίου
Τῷ σῷ δ᾽ ἀκοίτῃ προσβεβληκέναι κακόν;
Εἰ πρότερον ἦν θυμῷ παραφρονῶν φύσει·
Νῦν δ᾽ ἐστ᾽ ἄτλητος, Ἰλίου νίκης κάρᾳ
Λόφον διδούσης καὶ ψυχὴν ὑπέρβιον.
Εἰ κ᾽ οὐδὲν εἴη δ᾽ ἄλλο· σοὶ δ᾽ ἀρκεῖν μόνον
Ὤφελε τοῦθ᾽, ὃ νῦν δ᾽ ἔλεξ᾽. Ἀλλ᾽ οὐ μόνον.

Nec tamen haec, o domina, nunc perhorreſcere te decet.
Ille enim, cum venerit, ſanguinis tui luet poenas,
Quem olim in filiae caede diſperſit pius.
Quid vero video vultum tibi expalleſcentem ?
Quid vero toruis oculis humi deſpicis,
Regina ? Oportet in extremo diſcrimine confidere fortiter.

CLYT. Retro me trahit legitimi thalami deſiderium,
Suadetque flectere animum eo, unde
Non decebat avertere unquam.
Sero enim mentem ad id, quod decet, advertere,
Quis non dixerit melius eſſe, quam nunquam ?

AEGIST. Stolida regina, tu ergo credis, adhuc
Fidum fore connubium Atridae ?
Neſcisne, quantos ſpiritus fortuna mentibus hominum
Afflare ſoleat, cum flat ſecunda ?
Quantum enim cladem Ilii
Marito tuo arbitraris attuliſſe ferociae ?
Si antea natura fuit furore amens,
Nunc erit intolerabilis, poſtquam expugnatio Ilii capiti
Victoris inſignia addidit, animumque ſuperbum.
Ac, ſi nec aliud ſit : hoc ſaltem tibi ſolum ſufficere
Debebat, quod modo dixi. Verum non ſolum.

# ANIMADVERSIONES

## Ad

## *Clytemnestram Sophoclis.*

Σοφοκλέȣς Κλυταιμνήστρα) In codice Augustano, ut in praefatione monui, desunt a principio omnia. Incipit enim: προλογίζει τισιφόνη. Sophocles autem in hac fabula idem argumentum tractat, quod Aeschylus et Seneca in Agamemnone. In tribus enim his fabulis conspirant Clytemnestra et Aegisthus in caedem Agamemnonis et Cassandrae, ab Ilii expugnatione Mycenas revertentium. Apud Aeschylum pauca his similia leguntur. Maluit enim Sophocles suo, quam alieno ingenio uti. Seneca vero ita in his notabiliter imitatus est Sophoclem, ut in multis non tam partes imitatoris, quam interpretis egerit. Clytemnestrae Sophoclis pauci mentionem fecerunt. Vide Sophocl. edit. Brunck. T. IV. p. 625. et Hesych. edit. Alberti T. I. p. 508. in ἀράβῳ. Ita tamen inscriptam fuisse hanc tragoediam, mihi fit probabile et ex eo, quod eam, in qua cædes Clytemnestræ et Aegisthi per Electram et Orestem narratur, Electram inscripsit. Ergo hanc, quæ cædem Agamemnonis et Cassandræ per Clytemnestram et Aegisthum exponit, appellavit Clytemnestram. Accedit, quod nullibi mentionem factam esse recordor Sophoclis tragoediæ, Agamemnonis nomine.

Προλογίζει Τισιφόνη) Accommodatissime, et loco, et tempori, et argumento tragoediæ, Tisiphone inducitur loquens, quæ ita auctore Eustathio ad Hom. . p. 763. dicta est, ἐπεὶ δίκας ἀυτῇ τίνȣσιν οἱ φονεῖς. Ipse autem prologus hanc laudem habet, quod totius fabulæ argumentum breviter exponit. Apud Senecam umbra (εἴδωλον) Thyestæ prologum habet, quod valde probabile est. Apud Aeschylum præfatur speculator, (φρυκτωρὸς) quod parum habet dignitatis: ne dicam, ejus personam prorsus esse alienam, cum præsertim multa proloquatur, non tam tragica, quam ridicula, veluti ista a principio: Θεȣ̀ς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων — κυνὸς δίκην, et: εὖτ' ἂν — συμβαλεῖν ὕπνῳ κ. τ. λ.

Vers. 4. δυστυχ. γέρων) Tantalus. Tantali et posterorum eius facinora et flagitia breviter notat Fabritius ad Senecæ Agam. v. 22.

5. Παῖδα) Pelopem.

7. ᾄδȣ) Aug. Cod. ᾄδη. De spiritu disputat Eustath. ad Il. p. 16. edit. Rom.

8. ὁ ζεὺς γὰρ) Aug. γὰρ ὁ ζεύς. Mox idem: Θεοί τ' ἄλλοι

10. καὶ παῖδ᾽) Alex. τὸν παῖδ᾽
11. ἡμῖν) Diis infernis Mox Alex. ἐς τιμωρίαν.
13. φεύγοντα) φεύγον - τα τὸ σό - μα καὶ - κρεμάμε - νον ἀεὶ - λίθον.
14. τλάμων) τλήμων. Alex.
ibid. πίπτῃ ᾽ς) πίπτ᾽ εἰς. Aug.
15. δὲ αὖ τὰ) γὰρ αὐτά. Aug.
16. Θυέστης) in Codice Aug. constanter est, θιέστης, quod eo magis miror, quod scriba, et graecus, et doctus fuit, ac raro in aliis huius generis erravit. Tantalus avus, Pelops filius, Atreus et Thyestes nepotes, Atrei, (v. infra vers. 308) seu, Plisthenis (v. Aeschyl. Agamemn. vers. 1611. οὕτως ὀλέσθη πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος.) filii, Agamemnon et Menelaus, Thyestae filius Aegisthus, Agamemnonis Orestes.
18. βαίνων) ἀναβαίνων, ἐπιβαίνων.
19. ξύγγαμον) Aëropen. Ovid. Trist. II, 1, 391. 392.

*Si non Aëropen frater sceleratus amasset;*
*Aversos Solis non lugeremus equos.*

τέκη) Cod. Aug. τέκνα.
20. τρία) Eos Scholiasta ad Oresten Euripidis p. 79. edit. Barnes. nominat Ἀγλαὸν, Ὀρχομενὸν et Κάλεον. Seneca tres etiam memorat in Thyeste p. 157. edit. Schroed. et in Medea p. 549. vers. 26. Sed primum appellat Tantalum, secundum Plisthenem, tertii nomen reticet.
24. μιστύλλων) Seneca p. 109. *Membra per partes eant Discerpta* ib. p. 178. *Artus — in parva carpsi frusta: et haec ferventibus demersi ahenis — gracilique traiectas veru mugire vibras vidi.*
25. ξύνδειπνον) Cod. Aug. σύνδειπνον.
26. ὀπτώμενα) Aeschyl. Agamemn. v. 1106. ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας. v. 1602. παρέσχε δαῖτα παιδίων κρέα.
27. Ἥλιος) Vide notata ad vers. 19. Seneca p. 161. 162. haec verbosius et ad fastidium exponit.
29. στρέφει) Cod. Alex. στρέφε.
36. ἤκουεν) ἤκουσεν. Alex. Cod.
37. εἰ τῇ θυγατρὶ) Seneca p. 550. *Gnatae nefandos petere concubitus iubet.*
38. θυγατρὸς παῖδα) Intelligit Pelopeam, ex qua natus est Aegisthus, qui postea Atreum, eiusque filium Agamemnonem interfecit.

39. προςμένοι τ') προςμένοι. Cod. Alex.

44. πόλιν τὴν) πόλει τῆ. Cod. Alex.

48. 'κπεμπέμην) Loco, ἐξεπεμπόμην. Πρὸς αὐτὰς, id est, Aegisthum et Clytemnestram

49. τούτους δὲ τρὶς) Sic Cod. Aug. ex correctione primae manus exhibet hunc versum. Antea erat: τοὺς τρισσάκις τύπτουσα ταύτῃ μάστιγι. Quod sententiam attinet, loca similia laudantur ab interpretibus ad Senecae Medeam v. 961.

51. χελύδρων) Vide Nicandri Theriaca. v. 411. 414. Scholiasta Lycophr. ad vers. 340. χέλυδρος· ἡ θαλασσία χελώνη. Tisiphonae tribuuntur chelydri a Sil. Ital. II, 536. Virgil. Aen. VI, 570. *fontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra intentans angues.*

52. ἄδην) Cod. Aug. plerumque exhibet spiritu leni, ut versu 7. Inferius tamen semel habet etiam cum aspero.

μοι φάος) Sil. Ital. ergo eam appellat, *noctis alumnam.* Pun. II, 531. Sed furiae et ab aliis appellantur *noctis filiae.* Vide Aeschyl. Eumen. v. 419. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰνῆς τέκνα. Et ibid. v. 322. chorus furiarum: Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ Νύξ. Sophocl. p. 272. edit. Steph. γῆς τε καὶ σκότου κόραι, ubi tamen Scholiasta alias etiam ex aliis scriptoribus genealogias notat.

53. χορὸς) Mycenaearum mulierum. Idem fere argumentum est chori apud Senecam in Agamemn. vers. 57. seqq. Sed apud Senecam omnia sunt, ut ipse ait versu 90, *inflata Notis haud secundis.*

ib. ἀπιστότερον) De regnis et imperiis iis solum hic ita loquitur, quae fraudibus, perfidia, astutia, iniuriis, superbia, rapacitate, crudelitate ac tyrannide aegre continentur: non de iis, quae humanitate, aequitate, iustitia, beneficentia et civium amore, fundamentis firmissimis, nituntur.

57. κομῶσαν) Ego interpretor, μεγαλοπρεπῆ ἢ ἐρυμνήν. Regni memorat fundamenta firma, arcem altam cum apice tuto, aut, splendide ornato. Κομᾶν enim cum variis substantivis coniunctum varias habet notiones. Hoc loco intelligo, μεγαλοπρεπεία, μεγαλοπρεπῶς κεκοσμημένην. Potest vero etiam intelligi, πύργοις, ἐρυμνότητι. Ergo, vel *splendidam,* vel *tutissimam* poterit reddi. Sophoclem notabiliter imitatus est Seneca pag. 553.

> *Nubibus ipsis inserta caput*
> *Turris —*

*Densasque nemus spargens umbras*
*Annosa videt robora frangi.*

In Alex. est, τρυφῶσαν.

62. ὑλοτόμοι ) Sophocl. Elect. v. 98. ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι, σχίζεσι — πελέκει.

63. τύπτοισα ) Aug. Cod. τύπτεσα.

γαῖαν ἄκρῳ ) In Cod. Aug. est, γαῖαν ἄκρα ἢ πρότερον. Ego distinxi et scripsi, ut est in Alex. γαῖαν, ἄκρῳ ἢ πρότερον. Codicis Aug. ἄκρα ferri quoque potest. Nam αἰθὴρ et alibi occurrit genere feminino. Vide Pindarum Olymp. I, 10. et ad eum locum scholia nova.

66. Πριάμοιο — ἀρχὴν ) In tempore hanc memorat. Ab ea enim eversa modo revertitur Agamemnon. Eandem sententiam tractat Seneca Troad. vers. 1. seqq. et 55. seqq.

67. ἐπαρθεῖσαν ) ἐπανθεσαν, quod habet Aug. si quidem incorruptum sit, interpretor, ἀνθεσαν ἐπὶ, ut apud Demosth. edit. Reisk. p. 21. σφόδρα ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν. Ἐπανθεῖν alibi aliter construitur. Dicitur enim, *res rei*, aut, *personae* ἐπανθεῖν, non, *res re* ἐπανθεῖν. Veluti apud Theocrit. Id. XX. v. 21. Καὶ γάρ ἐμοὶ τοπάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος. In re nota pluribus exemplis non est opus. Aliud est, εὐανθεῖν τινί. Εὐανθεῖν, sed sine *casu*, habet Max. Tyr. edit. Dauis. p. 150. τημελεῖς ἐλαίαν ἡ δὲ εὐανθεῖ. In Alex. est, ἐπαρθεῖσαν, quod recepi, cum praesertim magis conveniat proximo κεῖται.

68. ἀνδράσιν τε χ' ἵπποις ) reddidi: *peditibus et equitibus*. Nolebam enim Cassandram et reliquas Troianas formosas mulieres post equos collocare, cum rectius collocentur post viros. In Alex. loco ἵπποις, est ὅπλοις. Ἔυιππος χώρα et ab aliis, et a Sophocle p. 293. laudatur. Sed et ἔυοπλος in laude est. Utrumque iungit Xenoph. p. 142. A. edit. Leuncl. Notum est etiam, καλλιγύναιξ. v. Eustath. ad Hom. Il. p. 875.

70. τὸ ἐλαφρὸν ) Sophocl. p. 121. de vicissitudine fortunae: τοῖς αὐτοῖσί τοι ἐκ αὐτὸς ἀεὶ δαιμόνων παραςατεῖ κ. τ. λ. Seneca Agamemn. v. 928.

*O nulla longi temporis felicitas!*

71. καλὴ ) κλεινή. Alex.

72. ἄπτολις ) Pollux libr. III p. 295. edit. Hemsterh. ἄπολις· ἡ μηκέτι ἐσα πόλις. Sophocl. p. 229. ὑψίπολις, ἄπολις.

75. αἰ δὲ ) Alex. αἶδε.

79. ἐπῳδὸς — ἡμιχόριον ) De his, item, de ϛροφὴ et ἀντιϛροφὴ, vide Triclinium ad Sophocl. p. 435. Scholiaſtam Euripid. ad Hecub. v. 247. Pollucem T. I. p. 412. 413. ut taceam alios.

ib. ȣ̓ τάδ' — ȣ̓ ταῦτ' ) Sic etiam variatur verſ. 88. 89. Intelligo, πρέπει ἄδειν, *non decet nunc haec canere in reditu regis.*

ib. Μυκήνας τέκνα ) τέκνα, loco *incolae.*

80. πολυχρύσοιο ) Sophocl. p. 80. Μυκήνας τὰς πολυχρύσȣς.

83. γαιάοχον ) Notum Neptuni epitheton γεήοχος et γεάχος. Sophocl. Oedip. Colon. p. 1072. τὸν πόντιον γαιάοχον, Ῥέας φίλον υἱόν. Sed Oedip. Tyr. v. 160. eſt etiam, γαιάοχον — Ἄρτεμιν.

88. ποντομέδων ) In Cod. Aug. vitioſe ſcriptum eſt, ποταμέδων.

90. ὑπείκοντος ) Mox eſt eodem ſenſu, συγχωρȣ̃ντος. Antea enim Neptunus ipſe cum Apolline Ilii aedificauerant muros ac pro eis ſteterant. Tandem vero Troianos ſuo nudarunt auxilio.

93. περήσας ) Ab Ilio revertens.

94. παϛὸν ) Idem, quod θάλαμον. Laeta augurantur, quae tamen mox terribilem exitum habent. Sed haec attentionem atque expectationem ſpectatorum intendunt. Hic totus locus mihi quidem perplacet.

99. ἡλιόμορφε ) *ſolis ſpeciem referens, ſolari vultu radians, ſplendidus.* Vulgo ex ſolo Athenaeo hoc laudant. Locum non potui reperire.

101. ἀμύναντα ) Ipſe Apollo apud Hom. Il. Φ. v. 467. tandem ait: παυσώμεθα μάχης, οἱ δ' αὐτοὶ δηριαάσθων.

102. Ἀχιλῆα ) De morte Achillis v. Euſtath. ad Hom. Odyſſ. λ. edit. Rom. p. 1696. verſ. 49.

103. σκάψαι ) Id eſt, κατασκάψαι. Aeſchyl. Agamemn. v. 534. Τροίαν κατασκάψαι τȣ̃ δικηφόρȣ Διὸς μακέλλῃ.

105. ἀγλαὰ δῶρα ) Nimirum, τὰ τείχη. Vide Euſtath. p. 1245. v. 50. 1382, 47. et Spanhem. ad Callimach. in Apoll. v. 58.

106. ἀπὸ Τροίης ) Nimirum, ἐπανελθόντα Ἀγαμέμνονα. Aug. habet Τροίας.

109. μηδ' — μήτε ) In Cod. Aug. ut in aliis pluribus, μὴ δ' — μήτε. Plerique enim, loco μηδὲ exhibent μὴ δὲ, quod et in editionibus Aldi reperitur. Intelligitur autem, λαβέ.

ib. τόξον ) Seneca p. 568.

> *Arcus, victor, pace relata,*
> *Phoebe, relaxa,*

*Humeroque graues leuibus telis*
*Pone pharetras.*

Et Aeschyl. Agamemn. v. 518. ὁ Πύθιός τ' ἄναξ τόξοις ἰάπτων μηκέτ' ἐς ἡμᾶς βέλη — νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι.

110. αἴθριε) Theocrit. Id. IV. vers. 43. Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. Ζεὺς αἴθριος est etiam apud Strabonem edit. Almelou. p 8. Stat. Silu. III, I, 186.

*Aetherei iurauit fulmina patris.*

Arist de mundo cap. VII. καλοῦσι δὲ — τὸν Δία — καὶ αἴθριον καὶ αἰθέριον.

111. οὐρανιώνων) οὐρανίωνες vel ex Hom. Il. α. v. 570. notum. Theocrit. Id. XII, 22. τούτων μὲν ὑπέρτεροι οὐρανίωνες.

113. ἄναυδον) Occurrit quidem apud Sophoclem p. 55. sed alio sensu. Item ἀνάυδητον p. 43. et apud Aeschyl. p. 202. edit. Stanl. Sed hoc loco est eo sensu, ut apud Aratum v. 2. ἄῤῥητον, i. e. *sine cantu*, *sine laude*. Hesychius verbum synonymum ἀναυδέα interpretatur, ἄῤῥητα.

117. αἷμα λιαρὸν) Id est, θερμόν. Hom. Il. λ. v. 477. Cod. Alex. exhibet, χλιαρὸν.

119. ψαύε) Nimirum, τῇ ὀσφρήσει. Notandum est ψαύειν cum *accusatiuo*, quod alibi *genitiuum* habere solet. Quin etiam προσψαύειν cum *genitiuo* reperitur, ut apud Philonem p. 185. B. Λώβας δὲ οὐ θέμις βωμοῦ προσψαύσασθαι. Tamen Theocrit. Id. XXI. vers. 4. habet: Κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσῃσι τὸν ὕπνον.

120. τί δυςάλαινα) Ipsa secum loquitur Clytemnestra. Incipit autem iam meditari caedem mariti. Simile colloquium est inter Clytemnestram et nutricem apud Senecam in Agamemn. v. 108. seqq. Δυςάλαινα habet Sophocl. Oedip. Tyr. v. 1236. et alibi.

ib. ἀναςρέφεις) Max. Tyr. p. 30. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐρωτᾷς καὶ ἀπορεῖς ἢ ἀναςρέφεις. Sed Cod. Alex περιςρέφεις. Forte ex versu. 143.

123. πυρὸς) Id est, πυρπολήσεως. Ab incendio et ruinis Ilii et Phrygiae.

125. κόρην) Iphigeniam.

127. παρθενοκτ.) Dianam, vel potius Dianae aram (βωμὸν) intelligit. Alibi a venandi studio appellatur, θηροκτόνος. Euripid. Iphig. in Aul. v. 1570. In Aug. Cod est: βρέχων ἰχῶρι παρθενοκτόνου.

128. ἦρξε πρῶτος) Nimirum, φόνου.

129. αἷμα τ' ἐπίλοιπον) Id est, τοῦ γένυς τοῦ Ταντάλυ.
130. αἰδὼς ἀπῆλθεν) Seneca haec pro more suo dilatavit p. 555.

*Periere mores, iús, decus, pietas, fides,*
*Et qui redire, cum perit, nescit pudor.*

131. Ἄπεσι μακρὰν) μακρὰν ἀπέσῃ. Cod. Alex.
132. γενέθλην ἀνέρος) Progeniem Tantali. Sophocl. Elect. v. 129. γένεθλα γενικῶν τοκέων.
135. βλέψον) Seneca p. 555. haec quoque dilatavit.

*Tecum ipsa nunc evolve foemineos dolos,*
*Quod ulla coniux* etc.

πράγματα) intelligit scelerte et facinorose facta mulierum contra maritos suos.
137. νικᾶν ἁπάσας — ἡ φυγὴ) Seneca l. l.

*Quid timida loqueris furta, et exilium, et fugas?*
*- - - - - - - Te decet maius nefas.*

138. πάρες' ὁ μοιχὸς) Sic Aug. ex correctione primae manus. Antea erat: ὁ μοιχός ἐςιν. Adulterum appellat, quod implicitus erat amoribus Cassandrae, et quod iam antea alias secum in castris habuerat pellices.

ib. ἡ φυγὴ) Intelligit divortium et clandestinam a marito fugam. Si ego, inquit, fugam capessivero, ac maritum meum deseruero, id is vix pro malo, seu vindicta, habebit. Solitudinem enim suam consolabitur consuetudine et societate Cassandrae.

139. φάρμακον) Si vero etiam veneno eum tentavero occidere, dubius erit eventus. Venena enim non semper necant. Nam Clytemnestrae tempore nondum venefici ita erant eruditi

141. ἐκείνῳ) Ratio valde probabilis, ut eodem modo vindictam sumat, quo ipsa prius laesa fuerat.

142. Ἄνασσ') Haec fere ad verbum expressit Seneca (p. 555. a versu 125. seqq.) sed suo more, multis adspersis flosculis. Τροφὸν, seu, **nutricem** Clymnestra ipsa appellat vers. 203.

ib. Τυνδάρεω) Erat enim Clytemnestra Tyndari ex Leda filia. Veruntamen ipsa se iactat Jovis ex Leda filiam, sororem Castoris et Pollucis. Vide vers. 186. 269. Apud Euripid. Electra vers. 989. ποῦ Τυνδαρέυ, ᾗ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κύροιν Διός.

143. ὧδε ) Sic, spiritu leni; et hic, et alibi in Codicibus inveni, cum notat ἐνταῦθα. Monent ea de re etiam Grammatici, ut licet discere ex meis Mosquae editis Glossariis minoribus. 1774. 4. Vol. I. pag. 42. numero 10.

145. σιωπᾶς, ἐκ προσώπε ) Callida sane et prudens nutrix ista fuit. Nam et ex silentio, et ex vultu licet extorquere responsa, ac verum cognoscere. Seneca. l. l.

*Licet ipsa sileas, totus in vultu est dolor.*

146. ζέσαντ' ) Cod. Aug. litteris luculentis ζήσαντ'. Vide vers. 273. et Oedip. Colon. v. 434. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός.

147. διάστημα ) Multis enim animi affectionibus vel ipsa temporis medetur diuturnitas. Cic. ad Divers. IV, 5. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat et molliat.* Seneca l. l.

*Da tempus ac spatium tibi.*
*Quod ratio nequit, saepe sanavit mora* etc.

148. ἃ γὰρ ) τὰ γάρ. Cod. Alex. Littera τ., ut videtur, in aliis a principio exciderat.

ib. παρόντος ) Construo: τὰ γὰρ μὴ λαμβάνοντα τὰ τε παρόντος χρόνου φάρμακα. Ergo non opus erit coniicere πάθες, loco χρόνε, cum praesertim mox sit, ἄλλος χρόνες, et, ποιεῖ χρόνος.

150. ποιεῖ ) Interpretor, κατεργάζεται. Στρέφων καιρὸς cum Cicerone Arat. vers. 333. explico, *tempus vertens.* Non igitur coniiciendum στρέφειν, id est, *vertere, mutare,* μεταποιεῖν, μετακινεῖν.

151. χεῖρον ) Seneca l. l.

*Maiora cruciant, quam ut moras possim pati.*

Vide ibi reliqua, ex quibus apparet, haec a Seneca ex Sophocle expressa esse.

τραῦμα ) Quod ante dictum fuerat, φάρμακα, et, ἰάσατο, recte nunc dicitur, τραῦμα. Ineptum enim fuisset, hoc loco πρᾶγμα, aut δεῖμα, aut aliud eiusmodi. Boni scriptores enim, cum volunt translatis verbis floridam reddere orationem, antea semina spargunt translatis dictionibus. Id autem non tam casu, quam studio accidisse, innumerabilia veterum exempla docent.

ib. ἢ καὶ ) In Codice Aug. est, ἧ, quod nullo modo ferri potest. In Codicibus saepenumero permutantur ἧ, ἢ et ᾗ. Ἧι, id est, ταύτῃ, ᾗ, *eatenus, quatenus.* Prorsus alienum est ἢ· ἢ autem, quod saepe comparativis iungitur, aliam constructionem postulat, quam metrum hic non admittit.

152. μένειν) Id est, περιμένειν, ut mox vers. 153.

153. θεράπευμ') Recte! De vulnere enim paullo ante dixerat. Quod metrum attinet, in prima sede est anapaestus, quod rarum est, in quarta tribrachys.

ib. πόνος) Etiam hoc recte! Aegroti enim dicuntur etiam πονεῖν. Πόνος hoc loco est, *aegritudo animi*.

157. ἐκεῖθεν) Scilicet, ἐκ τῆς ψυχῆς. Παραβάλλειν est, loco προβάλλειν. ἐκβάλλειν. Cod. Alex. habet, παραβαλεῖν.

160. ἄγομ') Seneca p. 556. *Fluctibus variis* etc.

161. νότος) In Cod. Aug. vitiose: νόθος. Seneca p. 578.

*Aduersus Euro Zephyrus et Boreae Notus.*

163. οἴακ' ἀπέβαλον). Summae desperationis est, ἐν χειμῶνι καὶ κλύδωνι ἀποβάλλειν τοὺς οἴακας. Heliodor. p. 181. οὐκ οἶδ', ὅπως τῆς διανοίας ἀπέβαλον, νῦν δέ μοι εἰς μνήμην παραγέγονε. Seneca l. l.

*Proinde amisi regimen ex manibus meis.*

166. ἐσφαλμένη) Cod. Aug. vitiose: σεσφαλμένη. Seneca l. l.

*Ubi animus errat, optimum est, casum sequi.*

167. λάχος) Cod. Aug. λάχον. Vsitatius dicitur, τὸ λάχος, id est, *sors, casus fortuitus*. Sed mox est, τὸν λάχον, vbi metrum non admittit τό. Bis ergo *masculino genere* dedi, ὁ λάχος, etsi exemplum simile non sit in promtu. Sic est, τὸ σκότος, et, ὁ σκότος. Aeschyl. Eumen. v. 4. 5. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ λάχει, ubi nihil aliud est, quam μέρει, τάξει. Ibid. v. 348. 349. est *sors*, sensu proprio:

γινομέναισι λάχη
τάδ' ἐφ' ἁμῖν ἐκράνθη.

Scholiasta Sophoclis p. 70. notat etiam λαχμός· κλῆρος, ποιητικῶς. Eadem leguntur in schol. ad Theocrit. Id. VIII, vers. 30. Id habet Nonnus in paraphr. euang. Io. cap. XIX. v. 132. 137.

168. ὅστις) Seneca l. l.

*Cœca est temeritas, quae petit casum ducem.*

170. ὧδε) Vide verf. 143. *Huc*, id eſt, εἰς ταῦτα τὰ κακὰ, πρὸς ταύτην τὴν μανίαν.

172. Οὐδεὶς) Qui enim conſilio adiuvare et ſeruare alios volunt, ante noſſe debent, quibus ſint in periculis. Seneca l. l verſ. 147.

*Latetque culpa — tua.*

173. κεύθειν) *latere, occulta eſſe.* Κρύπτεσθαι, ut exponit Schol. Sophocl. p. 120. 192. 320. Aeſchyl. Sept. contr. Theb. v. 594. Μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονὸς, ubi ſchol. κρυβεὶς. Immo, ταφεὶς. Seneca l. l. et hoc, ut alia, multo deterius:

*Perlucet omne regiae vitium domus.*

Salluſtius Catil. Cap. 51. §. 12. *Qui magno imperio praediti in excelſo aetatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in maxima fortuna minima licentia eſt.*

174. ἄνασσα) Sic ex correctione eiusdem manus Cod. Aug. Antea erat δέσποινα. Seneca p. 557. verſ. 149. vno verſu duos contra conſuetudinem ſuam expreſſit:

*Piget prioris, et nouum crimen ſtruis?*

176 ὅταν γ') ὅταν δ': Cod. Aug.

177. Poſt κακοῖς Cod. Alex. addit. δ'. In Cod. Aug. ante verſum 177. legitur nomen nutricis, ante verſ. 178. nomen Clytemneſtrae. Vtrumque deleui auctoritate Cod. Alex. Vt autem hic eſt, ἐπάγειν κακὰ, ita Sophocl. in Aiace verſ. 1119. ἄταν ἐπάγων. Etiam apud Senecam l. l. perſonae mihi permutatae videntur. Reddidit autem ita:

*Quod metuit, auget, qui ſcelus ſcelere obruit.*

178. πῦρ καὶ σίδηρον) Vtrumque medicis tribuunt veteres, cum maligna vlcera vrendo, ſecandoue ſanant. Ovid. Metam. I, 190.

*Immedicabile vulnus enſe recidendum.*

Seneca. l. l.

*Et ferrum et ignis ſaepe medicinae loco eſt.*

179. πειρᾶν) Ovid. l. l.

*Cuncta prius tentanda.*

Seneca l. l.

*Extrema primo nemo tentauit loco?*

In edito enim addenda nota interrogandi. Vide ibi reliqua apud Senecam, quae omnia ex hoc Sophoclis loco expressa sunt

180 ἐν τοῖς κακοῖς) Electra apud Sophocl. p. 96. ait: ἐν τοῖς κακοῖς πολλή γ' ἀνάγκη κἀπιτηδεύειν κακά.

182. ὃν δέχ') Clytemnestra apud Aeschyl in Agamemn. vers. 870. τὸ γυναῖκα ἄρσενος δίχα ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν.

184. μῶν τῆς) Hunc versum turpiter neglexit Seneca et duos eius loco ex sua fabrica protraxit. Vide l. l. vers. 158. 159. Versum etiam 161. temere de suo adiecit. Hoc est illud Horatii Art poët v. 16. *Assuitur pannus* etc.

185. κίνησ') Etenim suadente Calchante caede filiae placauit iram Dianae, vt promovere liceret classem ab Aulide. Vide vers 204. 205. Totam rem latius exponit Electra apud Sophocl p. 107. πατήρ ποθ' οὑμὸς κ. τ. λ.

186. οὐρανοῦ γένος) Ut filia Jouis ex Leda. Seneca p. 557. vers. 162. caelestia cum humanis miscens, dixit:

*Tyndaris coeli genus.*

Sed Aeschyl. Agamemn. v. 43. Τυνδάρεω θύγατερ.

187. τοῦ) In Cod. Aug. antea legebatur: τῷ τῶν Ἀχαιῶν ναυτικῷ. Sed eadem manus correxit: τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ναυτικοῦ. Amplexus sum lectionem Codicis Alexandrini: τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ναυτικοῦ.

ib. καθαρτικὸν κάρ') Seneca l. l. *lustrale caput*. Homines enim, qui ex superstitione gentilium ad placandos deos sacrificii loco offerebantur, καθάρματα, et, *piaculares* appellabantur. Dicuntur etiam apud medicos, φάρμακα καθαρτικά, de quibus praeter alios librum scripsit Rufus Ephesius, nobilis inter veteres medicus, cujus libellum, pessime a principio et in fine ἠκρωτηριασμένον, cum alio eius libello aliquando integrum editurus sum ex codicibus MSS.

188. γάμοι) Nimirum, ὁ φόνος, ἡ σφαγή. Euripid. Iphig. in Aul. v. 461 ἅδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα. Domo autem Agamemnon Iphigeniam abduxerat, spe coniugii cum Achille ineundi. Euripid. Electra v. 1020. seq. Iphigen in Aul. v. 100 πέμπειν Ἀχιλλεῖ, ὡς γαμουμένην.

190. θαλάμους) intelligit h. l. τὸν τάφον.

192. δυσσεβής) Hoc apud Senecam p. 558. loco *sacrifico*, videtur probare *sacrilego*. Apud Senecam mihi vehementer placet, *quam nuptiales?* Immo, *quam pueriles? quam aniles?* Ibidem ad vocabula: *recedentes so-*

*cos*, interpres aliquis scripsit: *Pathos!* Equidem nihil passus sum. Risi solum. Haec enim non *tragica*, sed *ludicra* sunt.

ib. πέλας) Ipse Agamemnon necessitatem ita plorat apud Aeschylum Agamemn. v. 215. εἰ τέκνον δαΐξω, δόμων ἄγαλμα. μιαίνων παρθενοσφάγοισι ῥεέθροις πατρῴας χέρας βωμοῦ πέλας. Et ibid. de eodem vers. 233. ἔτλα θυτὴρ γενέσθαι θυγατρός. Et vers. 1426. ἔθυσεν αὐτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ ὠδῖν', Clymnestra ait. Vide Clytemnestrae verba hac de re ad Electram, Sophocl. p. 106. τὴν σὴν ὅμαιμον κ. τ. λ.

193. καὶ τῷ θυγατρὸς) In codice Augustano deletus est, ita tamen, ut adhuc legi possit hic versus:

Χ' αὐτὸν θυγατρὸς αἷμ' ἐράντιζεν φίλης.

Ab eadem tamen manu margini adscriptus est is, quem auctoritate Cod. Alex. edidi. In Augustano vero utroque loco, uti in pluribus Codicibus V. et N. Testamenti reperi, legitur ἐράντιζεν et ἐραντίσθη. Sed et in similibus vocabulis in vetustis Codd. negligitur alterum ρ, ut in ἐραβδίσθη. 2 Cor. 11, 25. De neglecto a poëtis διπλασιασμῷ vide Eustath. 245, 16. in ἔρεζε. 1316, 46. in ἔρεξα 1805, 49. in ἔραπτον. Sic est quoque ἔριψε in hymno in Mercur vers. 79. Si probetur, ἐραντίσθη, in quarta sede est anapaestus, sin ἐράντιζεν, est iambus. Lepida sunt inter eruditos capitula. Fortasse ergo ex hoc vocabulo aliquis ingeniosior et acutior criticus docebit, hanc tragoediam consutam esse ab aliquo monacho, qui hoc vocabulum apud solos LXX. et in N. Testamento repererit. Facile ergo substitui poterat ἐῤῥάνθη, ἡμάχθη. Praeterea quiuis intelligit, eum, qui cetera scripserit, facile multis modis vitare potuisse vocabulum ῥαντίζειν, nisi graecum fuisset. Veluti sic: καὶ τοῦ θυγατρὸς αἵματος στάζων φίλης, vel, καὶ τῷ θυγατρὸς αἵματι φοινιχθεὶς φίλης, vel, καὶ τοῖς θυγατρὸς αἵμασι πεπαλαγμένος φίλης, vel aliter.

194. οὐδεὶς ποτ' ᾔδε) In Cod. Aug. est: οὐδεὶς ποθ' οἶδε. Sed ποθ' ex correctione. Antea erat ποτ', aut, ποῦ. Secutus sum Codicem Alexandrinum. Infra similis est confusio in vocabulo ποτέ. Vide vers. 235. Sophocl. p. 133. ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο. De re ipsa vide Euripid. Iphigen. in Aul. vers. 359. ἡσθεὶς φρένας, ἄσμενος θύσειν ὑπέστης παῖδα.

195. ὀμφὴν) id est, μαντείαν, χρησμόν. Sophocl. Oedip. Colon. v. 102. κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος. vide Euripid. Iphigen. in Aul. v. 89. seqq. 358.

ib. βοῆς) Hoc est, φωνῆς.

196. γονῆα τὸν) Cod. Aug. τὸν γονῆα.

197. θυγατρὸς ) Ante θυγατρὸς in Cod. Aug. deletum τῆς, et post ὤ, insertum τῶν, loco τό. Metri causa neutra lectio probari potest. Expressi Codicem Alex.

198. παλαιὰ νικῶν ) In Aug. Cod. luculentis litteris est, παλαιάνικον τοῖς κενοῖς, dubio tamen accentu, in vocabulo παλαιάνικον. Seneca pag. 558.

*O scelera semper sceleribus vincens domus.*

199. τὰς γε πάππας, αἴ! ) Cod. Aug. τὰς τε πάππας αἰέν.

200. τῶ ναυτικῶ ) Cod. Aug. τῶν ναυτικῶν. Vide vers. 187.

ib. ὠνήμεθα ) Cod. Aug ὠνῆμεν. In usu est ὠνέσθαι, non ὠνεῖν. Ὠνεῖν auctoritate Hesychii, qui id interpretatur, πωλεῖν, ἀπολύειν, tueri nemo potest. Quod ὠνέσθαι attinet, Philo p. 294. similiter dixit: θανάτῳ φιλτάτων ὠνεῖσθαι τιμήν. Item Euripid. Iphig. in Aul. v. 1170. τάχθισα τοῖσι φιλτάτοις ὠνήμεθα. Seneca l. l. pro more suo:

*Cruore ventos emimus, bellum nece.*

Virgil. Aen. II, 116.

*Sanguine placastis ventos et virgine caesa.*

ib. λύσιν ) Sophocl. p. 108. οὐ γὰρ ἦν λύσις ἄλλη στρατῷ κ. τ. λ.

201. κορῶν ) In Cod. Aug. est, κόρων.

202. εὐμενίζομεν ) Id est, εὐμενεῖς ἀντὶ ἀπεχθῶν παρασκευάζομεν. Aliud est, εὐμενίζεσθαι, *sibi benevolum reddere.* Xenoph Cyrop. III, 3, 22. ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. Dicitur etiam ἐξευμενίζεσθαι.

203. ἂν ) ἂν est ex correctione primae manus in Cod. Aug. Antea erat, τί δ' ἄν. ποιοῖ ) Cod. Aug. ποίοι.

204 περιέχεται ) Loco, ἀπέχεται. Est autem in quarta sede tribrachys Περιέχεσθαί τινος est, *studio teneri alicuius rei, rem aliquam amare, amplecti.* Sed eo sensu legendum esset: εἰ τῆς θυγατρὸς μὴ περιέχεται φονεύς. Hac tamen correctione non est opus. Adversatur ei etiam versus antecedens, maximeque vocabulum ποιοῖ, quod non nisi de iniuria, contumelia, aut adeo caede accipi potest. Περιέχεσθαι, loco ἀπέχεσθαι, habet etiam Herodot. VII, 237. κακολογίης — περιέχεσθαι κελεύω.

206. ἀπέλυσε ) Nimirum, τὸν στρατὸν τῶν ἀχαιῶν. In secunda sede est anapaestus, in tertia tribrachys.

ib. ἐναντίων ) Idem, quod ἀπεχθῶν, veluti Dianae.

207. σχεδόν τι ) σχεδὸν γάρ. Cod. Aug.

208. ἐκ τοῦδ᾽) Id est, ἐκ τῆς τοῦδε αἰτίας. Augustanus habet, ἐκ τῆς δ᾽.

210. θερίζων) *metens.* Suidas: θερίζειν, ἀντὶ τοῦ καταβάλλειν — ἢ, ὅτι πολλοὺς ἐθέριζον διὰ τὸν πόλεμον. Sophocl. in Aiace v. 238. τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν ῥιπτεῖ θερίσας. Virgil. Aen. X, 513. *Proxima quaeque metit gladio.*

ib. χέρμασιν) Notiora sunt χερμὰς, χερμάδος, χερμάδιον. Sed h. l. est χέρμα. Neque vero hic lapidem notare potest, sed quidquid *manu prehensum* proiicitur.

212. ἱερέως κόρην) Chryseïda, Chrysæ filiam, ut notum est ex Homero. Ovid. remed. amor. v. 469.

*Marte suo captam Chryseïda victor* (Atrides) *amabat.*

Seneca. l. l. Amore *captae captus.* Ingeniose! Ut supra v. 109. *graves levibus.*

213. κρατεῖ ἀχαιῶν) Cod. Aug. κρατεῖθ᾽ ἑλλήνων.

ib. πάθη) Sic ex correctione primæ manus in Cod. Aug. Antea erat κακὰ, quod ipsum etiam conveniebat huic loco. Sic multoties hic scriba properans sua, non ea, quae erant exemplaris, scripsit. Plerumque tamen errores suos ipse emendavit.

216. πάριδος ἐχθρὸς πότμος) *Paridis gravissimus ultor.* Ironice. Seneca p. 559.

*En Paridis hostem.*

219. ἡ τάλαινα) ἁ τάλαινα Cod. Aug.

223. ποῦ δ᾽ εἰσὶν) Hæc necis singulorum ducum græcorum enumeratio quodammodo molesta est, sed facit ad invidiam Agamemnonis. Græci praeterea libenter audiebant istorum ducum nomina. Multo vero molestius etiam vaticinium Cassandrae in Aeschyli Agamemnone vers 1081. seqq.

224. πέντε) Quorum nomina recenset Hom. Il. β. 494. 495. Mox Aug. Cod. ᾅδην exhibet.

225. τέκη) Ascalaphus et Ialmenus. Codex Aug. habet τέκνα.

226. ἀσκάλαφος) Homer. Il. β. 512.

227. παῖδες δύο) Homer. Il. β. 517. 518.

228. εὐβοέων — ἄναξ) Elephenor. Il. β. 540.

231. δόλῳ φονηθεὶς) Clytemnestra ergo arguit Ulyssem, tanquam homicidam Aiacis, quanquam se ipse interfecit, victus ab eo in certamine de armis Achillis.

232. πᾶ δ' ἄλλον) Palam dem.

ib. ἐοικότως) Nimirum, dolo Ulyssis. Xenoph. p. 706. B. edit. Leunel. παραμυθεῖται δ' ἔτι με, ait Socrates, ἡ Παλαμήδης ὁ παραπλησίως (Sophocles hic, ἐοικότως μάλα.) ἐμοὶ τελευτήσας. ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνες παρέχεται Ὀδυσσέως τᾶ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν. De Palamede copiose disputat scholista ad Evrip. Orest. p. 65. edit. Barnes.

234. πνῖξαν) Ita Pausan. lib X. cap. 31. p. 260. edit. Facii: Παλαμήδην δὲ ἀποπνιγῆναι προσελθόντα ἐπὶ ἰχθύων θήραν — ἐπιλεξάμενος ἐν ἔπεσιν οἶδα τοῖς κυπρίοις. Adde Valckenarii Diatr in Eurip. p. 190. Heerens Bibliotheck der alten Litteratur und Kunst. 1 Stück. S. 24.

235 ποτ') scriba Cod. Aug. antea scripserat ποθ', deinde correxit ποτ', denique utrumque delevit, ac denuo scripsit ποτ'.

239 βασιλῆϊ) Cod. Aug. βασιλείας. Mox idem versu 240. Ὀδυσσῆος.

241. γεραιὲ Νηλέως παῖ) Nestor.

242. παῖς φίλτατος) Antilochus.

ib. μαχῶντα) Cod. Aug. μάχοντα. Dicitur μάχεσθαι, non μάχειν, et in compositis μαχεῖν, ut ναυμαχεῖν, πεζομαχεῖν, γνωμομαχεῖν. Μαχῶντα est ab μαχάω. Hesych. μαχᾶν, ἀντὶ τᾶ θέλειν, (immo, ἐπιθυμεῖν) μάχεσθαι.

243. ἔσπασας) Id est, ἐσπάραξας. Scholiasta Sophoclis pag 46. ἐπισπάσειν ἀντὶ τᾶ ἐπισπάσεσθαι, ἤγουν, λήψεσθαι. σπῶ, τὸ μεταλαμβάνω, ἢ συντάσσεται γενικῇ, οἷον ἔσπασε τᾶ ὕδατος· ἐπισπῶμαι δὲ, τὸ λαμβάνω, καὶ συντάσσεται αἰτιατικῇ. Hoc tamen h. l. minime dubium reddit accusativum, cum exempla in promtu sint, in quibus σπᾶν, etiam cum μεταλαμβάνειν notat, accusativo iungatur. Uno defungar exemplo. Aeschyl. Agamemn. v. 341. ἕκαστος — ἔσπασεν τύχης πάλον. Notum est etiam, σπᾶν ἀέρα. Notat etiam *trahere*, *pellicere*. Sophocl. Electr. de Clytemnestra et Aegistho vers. 561. ἀλλά σ' ἔσπασε πειθὼ κακᾶ πρὸς ἀνδρὸς, ᾧ τανῦν ξύνει.

244. ἡγεμόνες) De quibus v. Homer. Il. β. 620. seqq.

246. ὃν ἂν) Nimirum, Neoptolemum. Cod. Aug. habet ὅτ' ἄν.

247. διὸς παιδὸς) Sarpedonem intelligit.

249. ἀγλαΐας τόκος) Nireus. v. Homer. Il. β. 672. 673.

251. νηρεΐδος) Achilles, cuius mater Thetis.

254. μαχάων) Homer. Il. δ. 193. 194. Μαχάονα — Ἀσκληπιᾶ υἱὸν, ἀμύμονος ἰητῆρος.

256 ἰφικλίδην) Iphicli filii Protesilaus, natu maior, et minor, Podarces. Protesilai coniux Laodamia, Acasti filia. Vide Ovid. Epist. Heroidd. XIII. Homer. Il. β. 698. seqq.

257. ἐς) Ante ἐς a prima manu deletum ἐκ in Cod. Aug.

258. εἵλκυσεν) Ita in Cod. Aug. a correctione primae manus. Antea εἵλκυεν. Loco ἀδελφὸν supra scriptum ων, id est, ἀδελφῶν, sed rursus deletum.

265. φονεῖ) Post hunc versum in Cod. Aug. deletus est hic: κεῖνος δ' ὑποστρέψει νῦν πρὸς οἴκους. Sed mox versu 266. fere idem dicitur.

266. κεῖνος κ. τ. λ.) In Cod. Aug. est: κεῖνος δὲ νῦν ὑποστρέψ' ὡς οἴκους, ἄγων. Versu 281. est: ἄγειν — ἐς δόμους.

267. μητρυιὰν ἡμῶν παισὶ) Cod. Aug. παισὶ, λέκτροις τ' ἐμοῖς. Clytemnestra praeter Orestem filium, plures filias habebat. Eorum nomina notavit interpres ad Senec. Agamemn. v. 195. Clytemnestra autem his verbis Cassandram notat. Seneca p. 560.

*En adest natis tuis*
*Furens noverca.*

268. Τρωϊκὴν, οἰστρημένην) Troianam appellat, per contemtum. Fuit enim arrogatiae et superbiae Graecorum, peregrinos homines, adeo ipsis multo praestantiores, contemtui habere. Quod οἰστρημένην attinet, vide Euripid. Electram vers. 1032. ἦλθ' ἔχων μοι μαινάδ' ἔνθεον κόρην, λέκτροις τ' ἐπεισέφρηκε κ. τ. λ.

269. διὸς κόροι) Hos appellat in auxilium, ut soror fratres.

270. τῷ ξίφει) Cod. Aug. καὶ ξίφει.

271. τόνδε ὀλετῆρα) Cod. Aug. τὸν ὠλετῆρα. Aeschyl. in Agamemn. v. 916. appellat, Ἰλίου πορθητῆρα.

272. σὴν μομφὴν) Cod. Aug. τὴν μομφήν.

273. ἢ θυμοῦ) Cod. Aug. ita: ἢ θυμοῦ ἐκ ζέοντος ἐβλήθη πάρα. Nos expressimus Cod. Alex. Cum ζέοντος rectius coniungitur ἐβλύσθη. Ἐκζέοντος est apud Aeschyl. Sept. contra Theb. v. 715. Βλύζειν habet Nicander Theriac. vers. 497. Ἐκβλύζειν, quod etiam in Stephani thesauro auctoritate distituitur, habet Chrysost. T. III. p. 275. D. edit. Montf.

276 κεῖνος) Ante κεῖνος in Cod. Aug. deletum δοκεῖ, quod in fine versus adiecit scriba. Haec satis docent, scribam, doctum quidem et satis diligentem, tamen interdum nimia festinatione voces non nullos transposuisse. Igitur saepius hoc modo corrigendum fuit, ut vers. 273. et alibi.

279. πρόσφορον) Sophocl. Elect. v. 227. πρόσφορον ἔπος. Oedip. Colon. v. 1774. πράσσειν πρόσφορα.

282. ἑλλάδος πέρι) *Quod Graeciam attinet.* Est his locus unus ex praestantissimis. Omnia enim a Clytemnestra supra contra Agamemnonem memorata crimina, hic deinceps ingeniose et probabiliter refutantur. In Aug. Cod. est: ἄνασσα, θ' Ἑλλάδος.

285. νέαισι) νήσοι. Cod. Alex.

288. αὐτόματον τὸ) Cod. Aug. αὐτόματον· τὸν Ναυπλίου γόνον.

289. τὴν θυγατρα) τὴν omittit Aug.

290. αἰτοῦντος — χρόνου — τῶν θεῶν. Id est, αἰτοῦντος τοῦ χρόνου, καὶ κελευόντων τῶν θεῶν. Agamemnonis sollicitudinem ex isto oraculo bene expressit Aeschyl. Agamemn. v. 213—225.

292. αὐτὴν ἑαυτοῦ) Cod. Aug. Καὶ τήν θ' ἑαυτοῦ.

293. τῶν παρθένων) Nimirum, τὴν ψυχὴν τιθέναι, ἤγουν, προδιδόναι.

294. ἔχειν δὲ δούλας) Hoc responsum pertinet ad vers. 281. Ἄγειν δάμαρτι παλλακίδα.

295. στρατηγετῶν) Sic antea erat etiam in Cod. Aug. Sed idem scriba correxit, στρατηγέτων. Caussam nullam video correctionis, cum tamen sit a στρατηγέτης, ut κυνηγέτης, ἀρχηγέτης.

297. σκέπτεσθ') Ita ex primae manus correctione in Cod. Aug. Antea erat βλέπειν. Scilicet scriba Graecus sententiae magis, quam verborum memor, permutabat subinde vocabula. Fere tamen ubique errores suos ipse emendavit.

ib. ὅπως) Id est, cum temere, an considerate et prudenter.

298. τοιαῦτα) Hoc est, facinus ita audax, atrox et periculosum. Seneca pag. 560.

*Regina, frena temet, et siste impetum,*
*Et quanta tentes, cogita,* etc.

300. Ἀχιλλεὺς) Acerrimus eius adversarius et contemtor. Seneca ibidem.

*Quem non Achilles ense* etc.

Post hunc versum deficit apographum Alexandrini Codicis.

301. σὺ) Cum sis mulier. Seneca l. l.

*Hunc fraude nunc conaris et furto aggredi?*

302. ἀνεκδίκητον) *inultum, sine vindicta.* In lexicis auctoritate caret. Utitur eo Chrysost. T. V. p. 425. D. Seneca p. 561.

*Victrix inultum Graecia hoc facinus feret?*

Aeschylus in Agamemn. v. 1420. ἄπολις δ᾽ ἔσῃ, μῖσος ἔμβριμον ἀστοῖς

303. πλάττε) Mente finge tibi, memoria repete, quae passum sit Troicum imperium a Graecis ducibus et militibus, ne similem fortunam experiaris, ne tibi ipsa interitum pares, mulier praesertim ac sola.

304. ὁ χρόνος) Etiam haec pro more suo dilatavit Seneca p. 562.

*Quod tempus animo* etc.

ib. σὲ νῦν) Post σὲ in Cod. Aug. deletum ab eodem scriba δεῖ, quod temere scripserat. Occupaverat hoc ex versu proximo.

305. δεῖ τὰ πάντα) Aegisthus apud Aeschyl. in Agamemn. vers 1613 κἀγὼ δίκαιος τοῦδε τοῦ φόνου ῥαφεύς.

307. ὑποστρέψει) Ita ex coniectura dedi. ἀποστρέψει. Cod. Aug.

311. μὲ γὰρ) In Cod Aug. με est ex correctione primae manus. Antea erat σέ. Mox, post Θυέστης, in eodem deletum εἰς.

ib. θανάτου) Caedis, vindictae caussa, ut poenam sumam ab Agamemnone.

312. γέννησε) Seneca p. 551. vers. 48.

*Caussa natalis tui, Aegisthe, venit.*

313. ἐγ᾽ ἐς᾽) Cod. Aug. εἰ τ᾽ ἐς᾽. Malui γ᾽.

Λοξίου) Apollinis enim oraculo praedictum erat Thyesti, filium suum Aegisthum, ex filia sua Pelopeia suscipiendum, vindictam sumturum esse ab Atreo, eiusque filio Agamemnone. Vide supra vers. 36. et Senecam in Agamemn. v. 30.

*Gnatae nefandos petere concubitus iubet* etc.

Ad fastidium ibi haec rursus dilatat Seneca, atque omnia, ut ipse ait, *miscet, diem et noctem.* Quod istud scriptorum genus modum servare nequit!

314. ψεῦδε᾽) In Cod. Aug. ψεῦδ᾽. Ante δύνῃ delevit idem scriba errorem suum, qui, ut puto, syllabam δει, loco δυ scripserat.

315. πιπτέον) Aeschyl. Agamemn. v. 1619 1620. Οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοὶ, ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν.

316. ἔδει σὲ) Inter ἔδει et σὲ deletum καὶ in Cod. Aug. Non iniuriose autem haec dicit Clytemnestra contra Aegisthum, sed quia iam olim a matre Pelopeia feris devorandus expositus et morti devotus fuerat. Seneca p. 562.

*Non est poena, sic nato mori.*

N

*Sui nato*, nimirum, ex matre sorore. Vide ibi reliqua.

ibi. πρὶν τοῦδε τοῦ χρόνου ) πρὶν cum *genitivo* legitur etiam apud Pindarum Pyth. IV. 76. πρὶν ὥρας. Metri caussa locum hic habebat etiam, πρὸ τοῦδε τοῦ χρόνου.

319. ταῦτα ) Id est, τὸν σὸν θάνατον, τὸν σὸν φόνον.

320. αἷμά σοι δώσει τὸ σὸν ) Malim τίσει, loco δώσει. Homer. Il. α. 42. τίσειαν δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. Sed in Cod. Aug. αἷμά σοι δώσει τὸ σόν. Δώσει videtur etiam legisse Seneca. *Sanguinem tibi dabit*, aut, *reddet tuum*. Haec ita interpretor: Agamemnon, domum delatus, sanguinem filiae tuae, hoc est, tuum, caede a nobis interemtus, suo sanguine reddet, suo sanguine persolvet poenas effusi sanguinis filiae tuae. Seneca pag. 562.

*Sanguinem reddet tibi*
*Ignavus iste ductor, ac fortis* (id est, *crudelis*) *pater.*

321. εὐσεβὴς ) Ironice. Seneca *ignavum ductorem*, ut alia, de suo videtur adiecisse: loco autem εὐσεβής ποτε, videtur legisse, εὐσθενὴς πατήρ.

322. Τίσοι ) Vide Senecam l. l. vers. 237. 238. Sophocl. edit. Brunck. T. IV. p. 602. τὸ δ' ὠχριᾶσθαι θλιβομένης τῆς καρδίας.

323. τί δὲ ἢ ὁμειδέσ' ) Contraria invicem iungit Alciphr. lib. III. epist. 3. ὁ Χρέμης — ὁ κατεσπακὼς τὰς ὀφρῦς, ὁ ταυρηδὸν πάντας ὑποβλέπων — χαλάσας τὸ βαρὺ καὶ ἀμειδές, ἀνεὶς τὰς ὄψεις, ὑπεμειδία πρός με.

324. δεῖ 'ν τοῖς ) Sophocl. p. 80. οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

325. ἔλκει ) Cum Aegistho enim modo non legitimo consueverat. Igitur in Electra Sophocl. v. 97. κοινολεχὴς Αἴγισθος appellatur. Idem Clytemnestrae obiicit Electra ibid. p. 108. αἴχιστα πάντων ἔργα κ. τ. λ. Et Euripid. Electra v. 166. δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν. Seneca haec reddidit pag. 563. vers. 239. seqq.

326. τῇδ' ) *Huc*, versus maritum, legitimo matrimonio iunctum. Forte in principio legendum: Πείθεστε κάμπτειν.

328. στρέφειν κ. τ. λ. ) Seneca l. l. vers. 242.

*Nam sera nunquam est ad bonos mores via.*

His continuo de suo subiicit:

*Quem poenitet peccasse, pæne est innocens.*

330. σοὶ δὲ) In Cod. Aug primo σοι erat scriptum, deinde deletum, et correctum σέ, postremo hoc quoque deletum, et rescriptum σοί.

333. βάλλειν) Id est, ἐμβάλλειν. Mox est: προσβάλλειν.

εὐήμερος) Praeclare Euripid. Iphigen. in Aul. vers. 345. ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν τὸν ἀγαθόν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεθιστάναι, *indignum viro honesto, cum splendida utitur fortuna, mutare mores.* Vide Senecam l. l. vers. 246. sqq.

335 προσβεβληκέναι) Seneca l. l. vers. 250. 251. *Quid vere ad animum suapte natura trucem Troiam* (id est, Troiae expugnationem.) *addidisse?* Sophocl. Trachin. v. 41. ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται. Et pag. 123. ἔμβαλλειν σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς.

336 θυμῷ παραφρονῶν): Talem etiam Homerus notavit Agamemnonem.

337. ἔστ' ἄτλητος). Antea in Cod. Aug. erat ἔστι, sed iota inductum littera τ. postremo accessit etiam apostrophus et spiritus cum accentu.

ib. κάρα) Sic Euripid. Medea vers. 1371. Οὐδ' ἐστίν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες. Item Electra vers. 55. 108. 778. Ita quoque Sophocl. in fragmentis edit. Brunck. p 605. περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ.

338. λόφοι) Scholiasta Aeschyl. edit. Stanl. p. 125. Λόφος δέ ἐστιν, ἡ λεγομένη ἵππουρις, ἣν ἄνω τοῦ κράνους πηγνύουσιν. Hoc loco translate dictum, notat *decus gloriosum, victoriae insignia.*

ib. ὑπέρβιον) Id est, ὑπέραυχον, ἀγέρωχον. Dicitur vero etiam in bonam partem. Apoll. Rhod. I, 820.

Εἰ τότε τίς θεὸς ἄμμιν ὑπέρβιον ἔμβαλε θάρσος.

F I N I S.